This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

MACARIUS

OPERA

BR
65
.M115
1714

UNIV.
OF
MICH.

1837
ARTES VERITAS SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE

UNIVERSITY OF MICHIGAN

[redacted]

BR
65
.M115
1714

[redacted]

Quis te, quod dicis, MACARI, neget esse beatum,
Gratia cum per te stet manifesta DEI;
Quod tua, quæ nil fando colis, deserta loquuntur,
Hoc non ipsa queat Suada diserta loqui.

Jo. Georgius Pritius.

ΤΟΥ

ΑΓΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ

BR
65
.M115
1714

ΜΑΚΑΡΙΟΥ

ΤΟΥ

ΑΙΓΥΠΤΙΟΥ

ΑΠΑΝΤΑ.

SANCTI PATRIS

MACARII

ÆGYPTII

OPERA.

Macarius, Saint, the Elder, of Egypt

SANCTI PATRIS

MACARII

ÆGYPTII

Opera

OPVSCVLA

NONNVLLA

ET

APOPHTHEGMATA.

IO. GEORGIVS PRITIVS
collegit, reuidit, Latinam versionem studiose emendauit, indicibusque adiectis edidit.

CUM PRIVILEGIO
S. Regiæ Majest. Polon. & Elect. Sax.

LIPSIÆ,
In Bibliopolio
GROSSIANO.
ANNO M DCC XIV.

VIRO

MAGNIFICO,

ADRIANO STEGERO,

ICTO, SCABINATUS ELECTORALIS ADSESSORI, ET CIVITATIS LIPSIENSIS CONSVLI HOC TEMPORE REGENTI GRAVISSIMO.

VIRO

DE PATRIA SPLENDIDISSIME MERITO,

HÆC

MACARII MONVMENTA

A SE REVISA ET EMENDATA

SACRA ESSE IVBET

TANTI NOMINIS

PERPETVVS CVLTOR

IO. GEORGIVS PRITIVS.

VIR MAGNIFICE,

CVm nuper admodum Macarii Homilias ſtudio qualicunque noſtro politius prodire faceremus, fidem pariter obſtringebamus, fore, vt breui quoque tempore, quæ reliqua eſſent Macarii, pari ratione a nobis emendata, conſequerentur. Quam diſſoluere nunc, quod boni eſt debitoris, cum apud animum conſtituerimus, Tu imprimis, Vir ampliſſima illuſtris auctoritate, obueniebas animo, cui, quicquid id eſt, traderetur in clientelam. Summam opuſcula hæc & dicta Macarii ſpirant vbique pietatem, quæ cœleſtiſſima virtus tantopere Tibi cordi eſt & curæ, vt haudquaquam Tibi ſatis fuerit ingenti prudentiæ ciuilis florere laude, & copioſiſſimas ſapientiæ omnis poſſidere opes, niſi & eandem exquiſitiſſimis iſtis, quibus abundas, bonis adiungeres, quæ bona iam eſſe deſinunt, ſi co-

mitem, vel ducem rectius, non habeant pietatem. Memini, nec ſine voluptate memini prudentisſimi illius ſermonis, quem haurire aliquando, cum officii cauſa Te reuerenter ſalutarem, ex ore tuo ſapientisſimo mihi feliciter contigit, cum de pietatis ſtudio recte & non ambitioſe excolendo ſane quam elegantisſime diſſereres; vt & fidei puritatem cum cura cuſtodiendam; & vitæ tamen inſimul ſanctitatem feruidius, quam vulgo fieri adſolet, colendam eſſe, tempeſtiue admodum grauiterque moneres. Fateor enim vero his dictis tuis in animi propoſito, de virtutis ſtudio amplectendo, & recto de incidentibus controuerſiis ſenſu, me præclare fuiſſe confirmatum. Mirabar vero inſimul, Virum, negotiis ciuilibus diſtrictum, & in republica quotidie verſantem, de rebus pariter diuinis tam promte, tam exquiſite, tamque ſolide, poſſe ſermocinari. Sed ea magnorum virorum, quos cura felicitatis ſuæ tenet, ratio eſt, vt leuia omnia eſſe exiſtiment, ſummis fulgere honoribus, circumfluere, quæ in bonis ſunt, omnibus, ſcientiis inſtructum eſſe excellentisſimis; niſi & colendi Numinis modum ſolicitius inueſtigent, inueſtigatumque haud ſegnius retineant. Haud ergo ingratum arbitror Tibi fore hoc munuſculum,

Ma-

cariana opuſcula; cum, ſi cuiusquam ali-
ingenii monumenta, res diuinisſimas bo-
que frugis, in æternam quoque vitam du-
turæ, fertilisſimas, contineant. Cuius-
di voluminibus, haud mihi ignotum eſt,
ntum nunc delecteris; decliuiori præſer-
ætate ad beatæ hinc demigrationis medi-
onem Te inuitante; vt quandocunque
euocare placuerit ad felicia illa regna ſua
, Te inuenturus ſit omnibus momentis
ltimum iter ingrediendum paratiſſimum.
vero ex animo opto, vt benigniſſimum
men Te, Vir Nobiliſſime, inter tot egre-
quibus Lipſia mea ad inuidiam efflorescit,
ora, diu adhuc & corpore & animo vali-
n conſeruet; ita enim & patriæ meæ, vel
nti carisſimæ, proſpicietur porro vtilita-
s; tuaque merita magis magisque impen-
ngebuntur. De fauore tuo, toties a Te
niuerſa nobilisſima gente tua mihi de-
nſtrato, iam non amplius dubitare me
tur animi tui conſtantisſima beneuolen-
quam certe & religioſis precibus com-
ſare; &, ſi qua poſſum, inſeruiendi prom-
line nutrire ſtudioſisſime ſemper conni-
Vale! Lipſiæ die VI. Iduum Martii An-
R. O. cIↄ Iↄc IC.

fessoris Publici,

ad Macariana Opera

PRÆFATIO.

I.

Vm Patris sanctissimi, nominisque in ecclesia maximi, magni illius Macarii, monumenta, quæ reperiri potuerunt, omnia, diuinissimæ sapientiæ plenissima, vt a nobis & studio non plane nullo reuisa deant nunc in publicum; lectoris intermus, vt non tantum quæ ad ipsum Macad & quæ ad illius opera, insignemque iladmirabilis in illo est, docendi rationem, m denique, quam Patri venerando, vt orto integer sisteretur, præstitimus operam, videntur, in hoc veluti vestibulo exhibed quod nuper admodum, cum Homilias e partem hanc alteram iuberemus, fuiciti.

tia & miraculis fuere illustres. Nec minus Socrat.
ttes, ecclesiasticæ historiæ conditor, refert, Hist.
us inter monachos eodem tempore viros, Deo Ecclef.
s, vtrumque Macarii nomine; vnum ex Æ- lib. IV.
periore, alterum Alexandrinum, vtrumque cap. XVIII.
bus insignem; & imprimis propter abstinen-
onuersationem, mores, miraculaque, eorum
nibus perpetrabantur.

Vnum ex iisdem magni illius Antonii, di-
æ monasticæ auctoris primarii, fuisse disci-
, antiquorum testimonia perhibent; sed
orum is fuerit, Ægyptiusne an Alexan-
res, vt videtur, apud auctores non-
onfecta est; id quod & in causa fuerit, vt
li die, vtrique distincte adsignando, cer-
iquid pronuntiari nequeat. Nam Marty-
antiqua duos quidem fastis suis inserue-
acarios, quorum vnum beati Antonii fu-
cipulum sane memorant; sed quinam ille
bus, a nobis memoratis, fuerit, non perinde
unt. Sic enim Martyrologium Romanum
ntum vetus; sed & Bellini diem II. Ianua-
o Macario, simpliciter ita dicto; diem ve-
, eiusdem mensis Macario abbati, Antonii
lo, sacrum esse & sanctum testatur. Quan-
Galesinius & Baronius suis in Martyrologiis
illi Alexandrini vocabulum adiiciunt, vt
osteriorem Ægyptium esse hariolari liceat.
m tamen Palladius, cum de Macario Ægy- Pallad.
git, adeo non memorat, eundem Antonii c. XX.
ulum fuisse, vt id potius de Macario Alex-
o referat. Res ergo hæc esse videtur in-
certa,

[illegible], nisi aliquis cum Petro Possino de
persuaderi sibi sinat, *non falso eosdem An*
singulos [illegible]; *quippe qui viderint illu*
[illegible], *quamuis seniorem iuuenes, ac*
[illegible], *cum ad ipsum ad breuem*
[illegible] *profecti*, [illegible] *ad b*
[illegible], *quæ a statione Antonii plurimu*
fuerint [illegible]. Nec certe videmus, q
[illegible] cum eodem tempore cum Ant
[illegible], cum vitam in solitudine,
[illegible] dedicam, confectati
[illegible] princeps erat Antonius, cr
[illegible] se recepisse viros istos
[illegible], vt a viro sa
opinione claro, in eo, quod susceperant, vi
[illegible].

IV. Sed [illegible] singulos intueri dist
[illegible], quem Ægyptium & senio
[illegible] e regione Thebaide suam traxit ori
[illegible] iam ætate & cum adhuc esset i
[illegible] studium amplectebatur, tamque
[illegible] dabat operam, vt παιδαγερ-
[illegible] appellaretur. Cum XL iam
[illegible], in presbyterum consecratus
[illegible] in solitudine; demumq
XC annos viuendo fere expleuisset, anim
[illegible] corporeis vinculis liberam, Deo reddid
[illegible] CCCXCI. Multis miraculis insigne
[illegible], produnt omnes, qui de eo faciunt mem
[illegible] imprimis, Palladius ac Sozom

V. Solet præterea frequentissime nomi
[illegible] cognomen addi, credo non imi

abſtinentia & miraculis fuere illuſtres. Nec minus & Socrates, eccleſiaſticæ hiſtoriæ conditor, refert, fuiſſe *duos inter monachos eodem tempore viros, Deo amabiles, vtrumque Macarii nomine; vnum ex Ægypto ſuperiore, alterum Alexandrinum, vtrumque multis rebus inſignem; & imprimis propter abſtinentiam, conuerſationem, mores, miraculaque, eorum quæ manibus perpetrabantur.* Socrat. *Hiſt. Eccleſ. lib. IV. cap. XVIII.*

III. Vnum ex iisdem magni illius Antonii, diſciplinæ monaſticæ auctoris primarii, fuiſſe diſcipulum, antiquorum teſtimonia perhibent; ſed vter illorum is fuerit, Ægyptiusne an Alexandrinus, res, vt videtur, apud auctores nondum confecta eſt; id quod & in cauſa fuerit, vt de natali die, vtrique diſtincte adſignando, certum aliquid pronuntiari nequeat. Nam Martyrologia antiqua duos quidem faſtis ſuis inſeruerunt Macarios, quorum vnum beati Antonii fuiſſe diſcipulum ſane memorant; ſed quinam ille ex duobus, a nobis memoratis, fuerit, non perinde adiungunt. Sic enim Martyrologium Romanum non tantum vetus; ſed & Bellini diem II. Ianuarii beato Macario, ſimpliciter ita dicto; diem vero XV. eiusdem menſis Macario abbati, Antonii diſcipulo, ſacrum eſſe & ſanctum teſtatur. Quanquam Galeſinius & Baronius ſuis in Martyrologiis priori illi Alexandrini vocabulum adiiciunt, vt inde poſteriorem Ægyptium eſſe hariolari liceat. Viciſſim tamen Palladius, cum de Macario Ægyptio agit, adeo non memorat, eundem Antonii diſcipulum fuiſſe, vt id potius de Macario Alexandrino referat. Res ergo hæc eſſe videtur in- Pallad. *c. XX.*

certa,

infra. ſſet, cur, cum eodem tempore
p. 156 xerint Macarii, cum vitam in ſo
243. ſimis meditationibus deditam, c
cuius inſtituti princeps erat Ant
poſſit, ad eundem ſe recepiſſe vi
næ rigidioris ſtudioſiſſimos, vt
opinione claro, in eo, quod ſuſce
poſito confirmarentur.

Theo- IV. Sed præſtat ſingulos in
doret. Macarius igitur, quem Ægyptium
lib. IV. cunt, e regione Thebaide ſuam
XXI. Florente iam ætate & cum adhu
Sozom. virtutis ſtudium amplectebatur,
lib. III. vitæ generi dabat operam, vt πα
XIV. monachis appellitaretur. Cum
Socrat. natus eſſet, in presbyterum con
lib. IV. vero annos exegit in ſolitudine; c
p. XC annos viuendo fere expleuiſſ
XXIII. am, corporeis vinculis liberam, De

m magni illius Antonii, quem ſine addito Pallad. *Hiſtor.*
num vocare ſolebant; vt, cum Macarius *Lauſiac.*
n omni laude eſſet ſimillimus, eodem quo- *c. XIX.*
um tanto patre titulo inſigniretur; ſed im- Sozom.
is id fieri patet ob ingentia Viri merita, & ob *lib. III.*
larem plane doctrinæ atque ſanctimoniæ, *c. XIII.*
s virtutibus mirum in modum effulſit, præ-
am.

I. Eremus in qua diuinarum rerum ſtudio &
ſtibus cogitationibus vacabat, *Scetis* erat,
tamen diuerſis nominibus & Sceticam, Sce-
, Scetiacam, Scyticam, Scytiacam & Scy-
am nuncupari identidem videas. Æpypti Socrat.
olitudo hæc fuit, confluxu virorum, ſancti- *Hiſt. l.*
udentium, frequentisſima. Teſtis enim *IV. cap.*
odorus eſt, *in eremo hac Scyti monachorum* *XIIX.*
tiſſimos patres & omnium ſanctorum mona- Cas-
ſe perfectionem. Qua occaſione vero iſtum ſiod.
um ſe receperit, narrantem ipſum audire, *Collat.*
let, poterit Macarium. *I. cap. I.* *infra* *p. 239.*

I. Sed de Macario Alexandrino aliquid et- Theo-
icendum eſt. Hunc *iuniorem* appellant & dor. *lib.*
um: iuniorem quidem, quoniam Maca- *IV. cap.*
Ægyptio ſuperſtes extitit, mortuus demum, *XXI.*
C annos vixiſſet, anno CCCCIV. Politi- Sozom.
ro dictus eſt, quod non in ſolitudine dunta- *lib. III.*
trienſi, in quam ſeceſſerat, vitam monaſti- *c. XIV.*
mplexus, verſaretur; ſed quod etiam in vr- Socrat.
liquando veniret, qui & magnam vitæ par- *lib. IV.*
luce & oculis hominum transegiſſet. Anno *cap.*
XL baptismum ſuſcepiſſe dicitur; presby- *XXIII.*
inde factus & archimandrita Nitrienſis.

Cum

virtutibus, viuendi genere frugalissim
que referuntur, quæ qui legere descr
d. euoluat Palladium.

VIII. Tertium vero aliquem Mac
ducit Petrus Possinus, ab vtroque il
p. diuersum, & ambobus seniorem, A
pulum & comitem, Amathæ socium
gno molimine probat operum Mac
esse auctorem, eo ad hanc rem proba
argumento, quod Athanasius in Vita
Hieronymus in Vita Pauli, Antoniun
duos secum discipulos intimos comit
viduos habuisse, Macarium & Amat
concedere vero temporis rationem
Macarium vel Ægyptium vel Alex
conueniat. Fatemurque, tanti hoc a
momenti visum fuisse Viro antiquitatu
sticarum peritissimo, Guilielmo Cau
quoque in sententia se acquiescere scr

aliquem admittere haudquaquam velit. Et
, quod obſeruatum & Cauio eſt, non alios
rios, qui Antonii diſcipuli fuerint, ſiſtunt
Socrates, Sozomenus, Theodoretus, & qui
ſis in locis & hoc tempore vixit, Palladius;
tamen diligenter de his rebus fuerint com-
iti. Nec vero eſt, cur, quae Poſſinus alle-
moueri ſe iisdem aliquis patiatur. Nam
Athanaſium ſuam in rem citat, fallitur in eo
fallit, cum de Macario apud Athanaſium
nihil extet. Sic & Hieronymus meminit
m Macarii & Amathæ, veluti diſcipulorum
nii, qui & Amatham ait, magiſtrum ſuum
lo intuliſſe; ſed de Macario nihil præterea
. Et quare ex duobus iſtis Macariis, quos
ſe omnium confeſſione conſtat, vnus An-
comes eſſe non potuerit, nondum poſſumus
ſcere. Incoluerit Macarius Aegyptius per
nnos ſolitudinem Sceticam, putabimusne,
tegrum id tempus vno ipſum loco adfixum
um aliquando non migrauiſſe? atqui vero
ertum eſt, ſolitariam vitam amantes ſuas
ſedes commutauiſſe. Quid obſtat ergo,
nec ipſe Poſſinus negat, quo minus Macari-
inde ſe ad Antonium contulerit, ex ore ipſi-
berrima præcepta hauſturus? quem &, cum
eum contigiſſet, eo, quo præſens aderat,
ore, vna cum Amatha ſepultura honeſta-
Nec vero Sozomenus Macarium in vna
, ſed in ſolitudine LX. annos exegiſſe com-
orat. Qualia & de Macario Alexandrino
poſſent probari, ſi vellemus hoc agere. Suas

ergo res Macarius ſibi habeat a Posſino præter neceſsitatem hiſtoriæque fidem productus; nobis vero ſufficiant Macarii duo, ſub quorum vnius nomine hæc, quæ nunc lucem adſpiciunt, circumferuntur opera.

IX. Sed nunc conſiderandum erit exactius, vtri illorum fœtus iſti ſint adſcribendi? Et Homilias quidem Ægyptio adſcriptas ſemper fuiſſe ex inſcriptione, quam manu exarati pariter & typis excuſi codices præ ſe ferunt, manifeſtum eſt. Sed nec hoc placet Poſſino, qui easdem Macario, a ſe præter rem conficto, vindicare ſatagit. Ad Gennadii Maſſilienſis auctoritatem prouocat, qui *vnam tantum Macarium* aiat ad *iuniores profesſionis ſuæ ſcripſiſſe epiſtolam.* Sed nondum perſuaderi poſſumus, Poſſino vt adſtipulemur; nec verba Gennadii, quod vult Poſſinus, ſatis euincunt; cum eum in ſenſum poſſint accipi, quod tantum de litteris a Macario conſcriptis agant. Quid ſi & ſcripſerit aliqua Macarius, a Gennadio, vt multa alia, oculis non vſurpata? vnde non opus erit, vt multa comminiſcamur, veluti facit Poſſinus, qua occaſione, quoue officio Homilias iſtas Macarius, Amathæ ſocius, Græce a ſe redditas, ex Antonii magiſtri dictatis protulerit.

Poſſinus *loc. cit.* Gennad. *De Viris illuſtr. c. X.*

X. Quid vero de Opuſculis iſtis dicemus, quæ nunc poſt Poſſinum in Germania primum a nobis evulgantur, & cui patri liberos iſtos adſeremus? Poſſinus vero hic iterum ſuum nobis ſupponit Macarium, quem tamen in mundo non fuiſſe, iam, vt arbitramur, monſtrauimus. Celeberrimus Cauius tribuenda quidem Macariorum noſtro-

Caue *Hiſtor. Litt.*

rum alterutri Opuscula hæc non immerito esse *Part. II. p. 76.*
ficat; sed in eam tamen magis propendet sen-
tentiam, quod Alexandrino illi sint adsignanda.

XI. Nobis autem id ante omnia videtur esse
certissimum, quod vnus auctor fuerit, qui diuinis-
simas nobis dedit Homilias, cum illo, cui debe-
mus hæc Opuscula. Id enim & res ipsæ pro-
bant, quæ & in Homiliis & Opusculis occurrunt,
summa fidei nostræ mysteria & præcipua christia-
næ religionis capita, maxime quæ ad vsum trans-
ferenda sunt, exhibentes; & verba quoque modi-
que loquendi, circa quos summa vbique similitu-
do est; & par orationis forma elocutionisque di-
gnitas. Addi etiam potest, quæ desiderari in Ma-
cario possent, & qui in elegantissimo hoc corpo-
re nævi obseruantur, eos vtrobique sese nobis of-
ferre. Cum igitur paulo ante Macario Ægyptio
Homilias adsertum iuerimus, patet ratio, quare
Opuscula ei sint quoque adiudicanda; præsertim
cum codices manuscripti in bibliotheca Vindo-
bonensi, ipso docente Cauio, Macario nostro *Hist. Litt. Part. II. p. 75.*
hæc & similia opuscula attribuant. In ipso et-
iam, quo vsus Possinus est, codice, exserte Maca-
rio nomini magni appellatio, fatente editore, est
adiecta, quam, non Alexandrino, sed Ægyptio
Macario addi frequentissime, notissimum est.
Nam quod Possinus persuadere nobis conatur,
personarum hic contigisse confusionem, videli-
cet suæ inseruit causæ, vt iure aliquo, quæ Maca-
rio Ægyptio debentur, nouo suo & antiquis in-
cognito Macario adscribere posset. Quanquam
enim refragari nolimus, fuisse, qui ex ore di-

 cen-

centis ſaltim Macarii hæc exceperit; vnde & eſſe putamus, cur tam frequenter in Græco vox ἔφη occurrat, in verſione vt plurimum omiſſa; vt adeo omnium quidem, quæ traduntur, auctor fuerit Macarius, quanquam ipſe illa non ſcripſerit.

XII. Pertineant ergo fœtus iſti per nos ad Macarium Ægyptium: nunc qua ratione ex tenebris, quibus circumſepti per aliquot ſecula fuerant, emerſerint, agedum videamus. Homiliæ primum ſpirituales illæ Græce ſeorſim prodierunt Pariſiis anno ſuperioris ſeculi LIX elegantiſſimis typis excuſæ; ſeparatim vero & Latina verſio lucem adſpexit, a Ioanne Pico, niſi fallimur, concinnata. Succeſſit poſtmodum Zachariæ Palthenii diligentia, qui anno XCIV. eiusdem ſeculi & Græcum ſermonem, & Latinam verſionem, a ſe non exiguis laboribus exornatam, coniunctim edidit, typis, quales & noſtri ſunt, paulo minutioribus. Opuſcula vero reliqua diutius obſcuritati ſuæ immerſa delituerunt, vsquedum felici Petri Poſſini, e Societate Ieſu viri, opera in Theſauro, quem vocat, Aſcetico, cuius partem faciunt primariam, in lucem publicam ſunt expoſita. Vnde tantum ipſe habuerit theſaurum, non equidem diſſimulat. Franciſcum enim Turrianum notiſſimi nominis Ieſuitam, cum anno cIↃ IↃ LXVI. ſocietatem illam Romæ ingrederetur, inter volumina refert Græca plurima, quæ antiquæ manus præ ſe ferant veſtigia, quæque in domo antiqua profeſſa Romana depoſuerit, vnum quoque, auctorum ferme triginta de re aſcetica continens lucubrationes, annis abhinc plus quingent-

gentis a manu transmarina exaratum, bibliothecæ patrum societatis intulisse; & inde Possinum cum Romæ degeret, præter alia, istæc Macariana descripsisse.

XIII. Cum vero Homiliæ illæ Palthenianæ nostris in bibliopoliis non amplius extarent; Opuscula autem reliqua, a Possino edita, rarissime apud nos conspicerentur, visum est, e re fore reipublicæ litterariæ, imprimisque iuuentutis studiosæ, præter linguæ Græcæ delicias pietati quoque operantis, in corpus vnum reuocare omnia, quæ Macarium agnoscunt auctorem; Macarium inquam, quem existimamus esse Ægyptium. Nam quæ in bibliotheca Paulina Lipsiensi manuscripta extat, & a Guilielmo Cauio ac Iacobo Tollio in Latinum simul conuersa, prodita est, De animæ iustorum peccatorumque exitu, Oratio, & in titulo Alexandrino Macario adscribitur, & aniles ineptasque fabulas complectitur, vt recentioris cuiusdam græculi videatur esse commentum; nec proinde hic locum inuenire potuerit.

Cauius *Histor. litter. Part. I. p. 708.* Tollius *Insign. Itin. Ital. p. 199.*

XIV. Quæ vero circa Homilias a nobis sint præstita, de iis in præfatione ad easdem actum fuit. Nunc vero quid circa Opuscula, quæ sequuntur, quidque circa Apophthegmata egerimus, breuiter indicandum est. In Opusculis autem illis VII. Possini editionem, cum manuscriptis destitueremur, secuti sumus, sublatis tamen, quæ in editione Possiniana adparebant frequentissime, sphalmatibus typographicis. Longe plura circa versionem Latinam agenda inuenimus. Possinus enim genus interpretandi liberius secutus mirifice non

adhæretur, mente eius sine ambit
excursionibus repræsentata. Po
excurrit creberrime, & præterea g
sequitur fastuosius, ac altius verbis a
interpretem decere videbatur. N
perflua resecuimus, & quæ pompe
tumoreque aliquo inflata sunt, ad r
degimus, id vbique sedulo nauant
Macarii cogitata verbis in Latino
spicuis, planis, & sponte fluentibus
hibeantur. Qua in re quidem hanc
randæ nobis fuerunt molestiæ, cum
sit difficile, sua potius proferre, indo
commodata, quam in aliorum labo
dandis occupatum esse. Neque ta
Lector velim, nihil in versione rest
quod luxuriem Possini sapiat, aut
lius restitui non potuisset; satis nobis f
hac vice præstare, quantum præstitim
lectorum i...

MDCLXXVII prodeuntium, inſerta edidit. Eiusdem quoque verſionem retinuimus, cum ipſe auctorum verbis inſiſtat preſſius, & genus ſcribendi ſequatur ſimplex, liquidum, & ab omni tumore ornatuque anxie conquiſito alienum. Adiecta denique a nobis ſunt fragmenta Macariana adhuc alia, quæ auctores hinc inde euoluentibus ſe nobis obtulerunt.

XV. Nunc ad ipſum propius intuendum Macarium accedamus. Conſtare autem vel ex prima operum eius inſpectione poterit omnibus, virum fuiſſe Macarium vt ſanctitatis ſtudioſiſſimum; ita in rebus diuinis & ſpiritualibus, ſi vllum alium, longe expertiſſimum, & admirandis gratiæ diuinæ dotibus cumulate exornatum; quales qui ſunt, illi vero maxime omnium exiſtunt idonei, qui, qua luce diuina illuſtrantur, alios perfundant. Si quis ergo eſt, qui, nucleo inſuper habito, externo cortice delectatur, qui verborum floſculis ducitur, rebus contemtis, qui mento terræ affixa cœleſtia in minimis habet, cui nauſeam creat, quidquid de carne cruci defigenda & de perpetua mentis ad Deum eleuatione dicitur; & qui denique quidquid ad veram ſolidamque cum deuotione pietatem attinet, in extremis curat; eum certum eſſe iubeo, nequaquam ſe, quod iuuare eius poſſit animum, hic reperturum eſſe. Nam qui hac mente non eſt præditus, vt poſthabitis rebus ſub adſpectum cadentibus immoto animi propoſito deſideriis ſuis & omnibus animæ viribus in ſpiritualia divinaque feratur; & contra vel gloriæ ſaltem ſuæ inſeruit, vel vitæ delicias & com-

moda cupide consectatur; eidem non possunt non vel ingrata esse penitus & fastidio, vel plane non intelligibilia, quæ ab animabus, totas se sublimioribus cogitationibus dedentibus, & a diuino Spiritu copiosius illustratis, de salutis humanæ negotio Deique in animas operatione præclare differuntur. Sed qui impulsu diuiniori excitatus sibi jam attendere incipit, & id ea cum cura, quam negotii exposcit sublimitas; qui quam nihil ad veram hominis constantemque & æternam conferant felicitatem omnia, quæ lapsa in peccatum perditaque tam magni æstimat natura humana edoctus, iam ad Deum, beatitudinis omnis fontem, & ad Dei propiorem coniunctionem solicite adspirat, & de obtinenda animæ suæ salute decenter satagit, ille demum in Macario offendet, vnde abundantisſime ipse sitim suam restinguat.

XVI. Quid enim in iisdem occurrit aliud, quam sanissima illa saluberrimaque in omnem christianismi partem dogmata? Lapsu humanum genus in peccatum miserrime esse corruptum & deformatum, vt auersæ iam a Deo mentes hominum ab aduersaria maligni spiritus potestate in omnis generis grandia peccata abripiantur; inde diuina gratia esse opus, vt tam male se habens ex peccato mortalium genus conualescat. Hanc vero nunquam non in animam hominis potenter operari, vt ipsa erepta adversario suo in libertatem adseratur; desperandum esse homini de suis viribus, nisi ipsi a Spiritu cœlesti gratiose subueniatur. Christum a Deo hominibus destinatum redem-

...rem & omnes homines profuſo ſanguine ...ſe, & in omnium ſalutem hominum ſoler... ...mbere; quod tam frequenter, tamque di... ...culcat Macarius, vt Io. Gerhardus Voſ... ...s, in euoluenda antiquitate diligentisſimus, ...doctiſſimo Hiſtoriæ Pelagianæ opere, cum id ...debet, Macarium, in doctrinæ tam ſalu... ...telem, creberrime excitet. Quam porro ...cet egregie, quantis inſidiis ſatanas animas ho... ...num circumueniat, quamque conſtanter ho... ...ſalutem euertere ſtudeat. Quanta certami... ...na homini ſalutem acquiſituro, quam vehemen... ...tis, quamque difficilia per omne vitæ tempus ſint ...ſuſtinenda. Quanta cum deuotione & quam ardenter ſemper preces ad Deum ſint fundendæ. Quam diligenter ad res diuinas omnes animi cupi... ...ditates ſint alligandæ; & denique, vt breuiter com... ...plectar omnia, quid natura ſit & gratia, quibus ſignis vtraque dignoſcatur; quo certe in capite ſummam ſapientiæ conſiſtere, apud chriſtianos omnium eſt certiſſimum. Et profecto vix vide... ...re ex veteribus contigit vllum, vnde tam luculen... ...ter diuinæ gratiæ operationes & indolem licuit addiſcere.

XVII. In pulcherrimo vero hoc corpore ſi qui... ...dam deprehendantur næui quid mirum eſt? ſi & Macarius fuerit homo, errandi facilitati expoſitus; nec ex omni antiquitate ſiſti poſſit vllus, qui labis omnis & erroris fuerit expers? Statuerit ergo Ma... ...carius angelis quoque eſſe corpus quoddam te... ...nue, condonemus ipſi qualemcunque hunc erro... ...rem, cum patres eccleſiæ, venerandi nominis, ve... luti

Macar. Homil. IV. § ... pag. 4... 48. & De el... ſtat.

)()(5

luti Basilius, Ephrem, Cyrillus Alexandrinu
tullianus, Augustinus, Hilarius, Fulgentius,
bius, Casſianus aliique plures, adnotante
Posſino, eundem errauerint. Si quæ &
ſunt in dogmatibus fidem attinentibus, in
minus recte ſenſiſſe videtur, ea in ipſum
animi æquitate, quam reliquis patribus, g
aliquando hallucinantibus, haudquaquan
demus. Nam id & charitas chriſtiana ex
& ſine ſummo chriſtianæ religionis detri
omitti nequit. Cum enim in palmariis &
libus fidei ſanctisſimæ capitibus rectas aliq
vet opiniones, ſi propter quædam minus b
cta condemnetur ſtatim, cenſentur reliqua q
eius eſſe erronea & condemnanda. Quo c
pe contingere videas, vt, quæ admirandæ
ligionem chriſtianam vtilitatis eſſe, & rem
ſtrenue adiuuare poterant, cum ipſa pietate
fiant, & proſcribantur.

mentis cap. VI. p. 113. Petauius Tom. III. Dogm. Theol. lib. I. De Angel. cap. II. Dallæus De vſu Patrum p. m. 268.

XVIII. Reſtat vt teſtimonia aliqua de M
ſubiiciamus.

SUIDAS
In Macario.

Δύο ἐγένοντο Μακάριοι, ὁμώνυμοι καὶ
βέπτοι δι' ἄσκησιν, διὰ βίον, διὰ τρόπον,
μαθήματα· ὁ μὲν Αἰγύπτιος, θαυμα
ὴν, καὶ μετὰ τῦ εὐλαβῦς πρὸς τὺς ἐντυγ

τας αὐςηρός· ὁ δὲ Ἀλεξανδρεὺς, κατὰ πάντα ὢν παραπλήσιος τῷ Αἰγυπτίῳ, καὶ ἱλαρός. οὕτως ἱλαρὸς ἦν τοῖς ἐντυγχάνουσι, καὶ τῷ χαριεντίζεσθαι τοὺς νέους ἦγε πρὸς ἄσκησιν. τούτων Εὐάγριος γενόμενος μαθητὴς τὴν δι' ἔργων φιλοσοφίαν ἐκτήσατο, πρότερον λόγῳ μόνῳ φιλόσοφος ὤν· ὃς ἐν Κωνσταντίνου πόλει ὑπὸ Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου, εἰς τὴν τοῦ διακόνου προεχειρίσθη τάξιν· ἀλλὰ καὶ ἐς τὴν Αἴγυπτον κατελθὼν, καὶ τοῖς προλεχθεῖσιν ἐντυχὼν ἀνδράσι, τὸν ἐκείνων βίον ἐζήλωσε. τούτῳ βιβλία ἄγαν σπουδαῖα συγγέγραπται· ὧν τὸ μὲν, μοναχὸς, ἢ περὶ πρακτικῆς ἐπιγέγραπται· τὸ δὲ, γνωστικὸς, ἢ περὶ τῶν καταξιωθέντων γνώσεως· κεφάλαια δὲ αὐτοῦ πεντήκοντα· τὸ δὲ ἀντιρρητικὸν πρὸς τοὺς πειράζοντας δαίμονας, ἐν ὀκτὼ διῃρημένον μέρεσι, κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν ὀκτὼ λογισμῶν· καὶ ἑξακόσια προγνωστικὰ προβλήματα, καὶ στιχηρὰ β, ἓν πρὸς τοὺς ἐν κοινοβίοις ἢ συνοδίαις μοναχούς· καὶ ἓν πρὸς τὴν παρθενίαν· καί φησι κατὰ λέξιν. οὕτως ἀναγκαῖον τὰς ὁδοὺς τῶν προοδευσάντων μοναχῶν ὀρθῶς διερωτᾶν, καὶ πρὸς αὐτὰς κατορθοῦσθαι· πολλὰ γάρ ἐστιν ὑπ' αὐτῶν τὰ ῥηθέντα, καὶ πραχθέντα καλῶς. ἐν οἷς καὶ τοῦτό τις ἔφησε, τὴν ξηροτέραν καὶ ἀνώμαλον δίαιταν, ἀγάπῃ συζευχθεῖσαν, θᾶττον διάγειν τὸν μοναχὸν εἰς ἀπάθειαν.

Duo fuerunt Macarii, eiusdem nominis, atque decantati propter exercitia studiorum, vitam, mores atque disciplinam. Alter quidem Ægyptius, qui miracula edebat, ac religiosa cautione in eos,

qui se conueniebant, erat seuerus. Alter Alexandrinus per omnia similis Aegyptio & humanus: adeo humanus erat erga eos, qui se conveniebant, vt lepida vrbanitate vtendo iuvenes ad exercitia prouocaret. Horum Euagrius discipulus factus, factis philosophiam exercuit, qui prius verbis duntaxat philosophabatur. Qui Constantinopoli a Gregorio Theologo in diaconorum adscitus est ordinem, quin etiam in Ægyptum profectus, in prædictos incidit viros, atque illorum vitam æmulatus est. Ab hoc libri valde graues & serii cònscripti sunt, quorum vnus MONACHUS, siue de vita actiua inscriptus est; alter GNOSTICUS, siue de iis, qui cognitionis munere donati sunt. Capita vero eius libri sunt quinquaginta. Tertius ANTIRRHETICUS, aduersus tentantes dæmones, octo distinctus partibus, secundum numerum octo cogitationum. Item sexcenta Prognostica, Problemata, & Elementaria duo: vnum ad monachos in cœnobiis aut contuberniis viuentes: alterum ad virginum cœtum. Atque hæc sunt eius verba: *Necesse est, vt vias eorum, qui præcesserunt, monachorum sedulo indagemus, & ad eorum normam dirigamur.* Multa ab iis & dicta & facta sunt certe, inter quæ & hoc quispiam dixit: *Aridiorem & asperam viuendi rationem cum charitate copulatam, celerius perducere monachum ad adfectionum vacuitatem.*

IO. TRITHEMIVS

De Scriptoribus Ecclesiæ.

Macarius Monachus Ægyptius, & beati Patris An-

Antonii quondam discipulus, vir deuotus & sanctissimæ conuersationis, de quo multa miracula narrantur, quomodo etiam mortuorum voces de sepulcris pro fidei confirmatione impetrauit: Claruit multa sanctitate sub Constantino & Constantio Principibus anno Domini 350. cuius gesta habentur in Vitis Patrum.

MYSTER. INIQVITAT.

Auctore M. B. F. B. p. 209.

B. Macarius, scriptor religiosissimus, & de quo B. Arndus mihi confirmauit, fuisse cum illum verbotenus posset libro seposito recitare.

PETRUS POIRET

De Eruditione superficiaria p. m. 202.

Macarii Ægyptiaci admirabiles & diuina prorsus sapientia abundantes Homiliæ.

XIX. Nihil nunc restat amplius, quam vt Lectorem beneuolum rogemus, ægre ne ferat, si menda typographica forte alicubi occurrant; neque enim adesse licuit speciminum emendationi; si quæ vero relegenti Macarium se obtulerunt, ea in calcem libri adnotauimus; quæ tollantur licet antequam ad librum legendum fiat accessio. Deum vero oramus supplicibus precibus, vt libri huius lectoribus sui Spiritus impertiat gratiam, &, quo usus est instrumento ad demonstrandas exuberantes suas diuitias spirituales, Macario, eius diuinissimis scriptis multas ad se allicere & in rectam, quæ ducit ad felicitatem, nullis temporum periodis terminandam, viam dignetur dirigere. Scripsimus Lipsiæ, in vrbe patria die IX Martii Anno recuperatæ salutis cIↃ IↃc Ic.

SERI-

I. De Cuſtodia
II. De Perfectio
III. De Oratione.
IV. De Patientia &
V. De Eleuation
VI. De Charitate.
VII. De Libertate
IIX. Apophthegm
Poſſino edit
IX. Apophthegma
ſta Coteleric
X. De Macario Rel.
p. 270.
XI. De Macario R
p. 273.
XII. De Macario Exc
ro. p. 279.

ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ
Περὶ φυλακῆς Καρδίας λογ©.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α.

Πῶς δύναται λέγειν ὁ τυχών, ὅτι νηστεύων, καὶ ξενιτεύων, καὶ ψωμίζων μου τὰ ὑπάρχοντα ἅγιός εἰμι; ἅγιος ἐστιν, ἢ καθαρθεὶς τὸν ἔσω ἄνθρωπον; οὐ γὰρ ἡ ἀποχὴ τῶν κακῶν ἐστιν ἡ καθαρσις, ἀλλ᾽ ἡ κατὰ συνείδησιν τελεία κάθαρσις· εἴσελθε γὰρ ὦ οὗτος διὰ τῆς τῶν λογισμῶν σου ἐπιβάσεως πρὸς τὸν αἰχμάλωτον, καὶ δοῦλον τῆς ἁμαρτίας νοῦν σου, καὶ ἴδε τὸν κατώτερον τοῦ νοῦ καὶ βαθύτερον τῶν λογισμῶν, εἰς τὰ λεγόμενα ταμεῖα τῆς ψυχῆς σου τὸν ἕρποντα καὶ ἐμφωλεύοντα ὄφιν, τὸν φονεύσαντά σε διὰ τῶν καιριωτέρων τῆς ψυχῆς σου μελῶν· ἄβυσσος γάρ ἐστιν ἀκατάληπτος ἡ καρδία· καὶ ἐὰν τοῦτον φονεύσῃς, καύχησαι τῷ Θεῷ περὶ καθαρότητος· εἰ δὲ

MACARII MAGNI
De Custodia Cordis Liber.

CAP. I. Cap. I.

QVomodo potest dicere quilibet: Ieiunans, peregre degens, diuisis dispertitisque bonis meis omnibus, sanctus sum? An ille sanctus est, qui nondum emundauit interiorem hominem? non enim qualiscunque abstinentia a malis, sed quæ intimos conscientiæ sinus omni inquinamento cum diligentia expurgat, perfecta demum emundatio est. Ergo ingredere sis heus tu, in laxa penitus conclauia late intus vagantium cogitationum tuarum, ad tuam captiuam & seruam peccati mentem; & vide in intimo eius fundo, sub turba bullientium cogitationum, in ipsis, quæ animæ penetralia dicuntur, occultissimis conscientiæ reces-

rum adſcitus eſt ordinem, quin eti
profectus, in prædictos incidit viro
vitam æmulatus eſt. Ab hoc libr
ſerii conſcripti ſunt, quorum vnus
ſiue de vita actiua inſcriptus eſt;
CUS, ſiue de iis, qui cognitionis
ſunt. Capita vero eius libri ſunt
Tertius ANTIRRHETICUS, ad
dæmones, octo diſtinctus partib
numerum octo cogitationum. Ite
gnoſtica, Problemata, & Element
ad monachos in cœnobiis aut cont
tes: alterum ad virginum cœtum
ſunt eius verba: *Neceſſe eſt, vt v*
præceſſerunt, monachorum ſedulo in
eorum normam dirigamur. Multa
facta ſunt certe, inter quæ & hoc
Aridiorem & aſperam viuendi ratio
tate copulatam, celerius perducere m

λεάσμασι γηΐνοις χρώμενος, καὶ ἀπὸ τοῦ ὄντως καλοῦ παρεκτρέπων ἐπὶ τὰ δοκοῦντα, ἀλλ' οὐκ ὄντως καλά· πᾶν γὰρ ὃ ἐὰν ποιῇ ἄνθρωπος καλὸν, σπιλοῦν καὶ μιαίνειν ὁ πονηρὸς βούλεται· καὶ τὴν ἰδίαν ἀπεσπορὰν τῆς κενοδοξίας ἢ οἰήσεως τῇ ἐντολῇ συμμιγνύειν ἀγωνίζεται· ἵνα μὴ διὰ Θεὸν καὶ μόνον καὶ προθυμίαν ἀγαθὴν τὸ γινόμενον ἀγαθὸν γένηται.

here, illecebras ad id adhibens terrenas, omnique arte satagens affectum sensumque nostrum ab eo, qui vnus vere bonus est, ad ea, quæ sola opinione, non autem solida veritate, bona sunt, auertere. Quodcunque enim homo bonum facit, polluere ac contaminare improbus conatur, maximeque contendit, cum quem videt legi obseruandæ operam dantem, operi bono aut vanæ gloriæ, aut tumidæ sui præfidentiæ labem inspergere, ne Dei solius causa, & ex bono vereque laudabili proposito, quod exterius bene fit, interius geratur. Cap. III. IV.

ΚΕΦ. Δ.

Τί οὖν ἡμεῖς οἱ μηδόλως εἰς τὴν καρδίαν εἰσελθόντες, πῶς ἀρξώμεθα; διὰ νηστείας καὶ προσευχῆς ἔξω ἑστῶτες κρούομεν, καθὼς ὁ Κύριος ἐκέλευσεν εἰπών· κρούετε καὶ ἀνοιγήσεται ὑμῖν· ἐὰν γὰρ ἐμμείνωμεν τῷ λόγῳ τοῦ Κυρίου, καὶ τῇ πτωχείᾳ, καὶ τῷ ταπεινῷ φρονήματι, καὶ πάσαις ταῖς τῶν ἐντολῶν ἀρεταῖς νυκτὸς καὶ ἡμέρας κρούοντες εἰς τὴν πνευματικὴν τοῦ Κυρίου

CAP. IV.

Quid igitur nos nunquam ac nusquam soliti in cor nostrum ingredi, quomodo incipiemus; Per ieiunium & orationem foris stantes pulsemus, prout Dominus iussit, dicens: *Pulsate & aperietur vobis.* Si enim permanserimus in verbo Domini, & in sensu intime demisso mendicitatis & vilitatis nostræ; ac simul exercitio cunctarum, quæ per mandata imperan- *Matth. VII, 7. Luc. IX, 9.*

Cap. IV. V. tur, virtutum nocte ac die perseuerauerimus pulsantes spiritualem Domini ianuam, poterimus potiri eo, quod quærimus. Per hanc enim ianuam potest liberationem assequi quicunque vult fugere a captiuitate tenebrarum. Inuenit quippe ibi libertatem animæ, & recipit congruas ipsi cogitationes; ac tandem eo vsque prouehitur, vt possideat cœlestem regem Christum.

θύραν, δυνησόμεθα τυχεῖν τοῦ ζητουμένου· διὰ ταύτης γὰρ τῆς θύρας δύναται ἀπολυτρώσεως τυχεῖν πᾶς ὁ βουλόμενος φυγεῖν τοῦ σκότους· εὑρίσκει γὰρ ἐκεῖ τὴν ἐλευθερίαν τῆς ψυχῆς, καὶ ἀπολαμβάνει τοὺς λογισμοὺς αὐτῆς, καὶ φθάνει τὸν ἐπουράνιον βασιλέα χριστόν.

Cap. V.

Quando mens oblita fuerit mentalis & piæ adflictionis, tunc & mandatorum obliuiscitur; & quando videtur currere, errat a via plana, & obliquis gyrans semitis ambulat: propter quod in feras incurrit bestias. Nisi enim orationis & spei laborem excidissemus, non vtique peccauissemus. His porro, qui animo anguslantur, dicit scriptura: *Fidelis Deus, qui non*

I. Cor. X, 13. *patietur vos tentari supra id quod potestis.* *Qui autem*

Deut. XXXI, 29. *indociles sunt, eis occurrent mala.*

ΚΕΦ. Ε.

Ὅταν ὁ νοῦς ἐπιλάθηται τῆς νοερᾶς καὶ εὐσεβοῦς θλίψεως, τότε καὶ τῶν ἐντολῶν ἐπελάθετο· καὶ ὅθεν δοκῇ τρέχειν, παρεκτρέπεται τῆς λείας, καὶ σκολιάζων πολιτεύεται· διὰ τοῦτο συναντᾷ θηρίοις. εἰ γὰρ μὴ τὸν τῆς εὐχῆς καὶ ἐλπίδος κόπον ἐκκόπτομεν, οὐκ ἂν ἐπλημμελήσαμεν. τοῖς γὰρ περὶ ψυχὴν θλιβομένοις λέγει ἡ γραφή· πιστὸς ὁ Θεὸς, ὃς οὐκ ἐάσει ὑμᾶς πειρασθῆναι ὑπὲρ ὃ δύνασθε· ἀπαιδεύτοις δὲ συναντήσεται κακά.

ΚΕΦ. Ϛ.

Ὥσπερ οἱ ἔξω ὀφθαλμοὶ βλέπουσι μακρόθεν τὰς ἀκάνθας, καὶ τοὺς κρημνούς· οὕτω καὶ ὁ προβλεπτικὸς νοῦς προβλέπει ταχὺς ὢν τῆς ἀντικειμένης δυνάμεως τὰς τέχνας καὶ τὰς ἐπισκευάς, καὶ ἀσφαλίζεται τὴν ψυχήν, ὡς ὀφθαλμὸς ὢν αὐτῆς.

CAP. VI. Cap. VI.VII.

Sicut exteriores oculi longe prospiciunt spinas & præcipitia; sic & acri prouidendi perspicacia prædita mens cito prospicit aduersariæ potestatis artes insidiasque, ac contra eas præmunit animam, cuius est oculus.

ΚΕΦ. Ζ.

Ἀγὼν πολλὺς καὶ πόνου κρυπτοῦ καὶ ἀοράτου χρεία, λογισμῶν ἐρευνᾶν ποιουμένοις, καὶ τὰ ἠσθενηκότα τῆς ψυχῆς ἡμῶν αἰσθητήρια γυμνάζειν πρὸς διάκρισιν καλοῦ τε καὶ κακοῦ· δεῖ πάντοτε καὶ ἀναζωπυρεῖν διὰ τοῦ νοὸς πρὸς Θεὸν ἐπείξεως τὰ ἐξησθενηκότα τῇ ψυχῇ μέλη· τοῦ νοῦ ἡμῶν προσκαλουμένου μετὰ τοῦ Κυρίου πάντοτε, ἵνα γένηται εἰς ἓν πνεῦμα κατὰ τὸ λόγιον Παύλου. τοῦτον δὲ τὸν κρυπτὸν ἀγῶνα καὶ μελέτην Κυρίου καὶ πόνον νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἔχειν ἡμᾶς χρὴ εἰς πᾶσαν ἐπιτήδευσιν ἐντολῆς, εἴτε εὐχομένων, εἴτε ἐσθιόντων, ἢ διακονούντων, ἢ πινόντων, ἢ ἑτε-

CAP. VII.

Contentione multa, & labore, eoque occulto & inuisibili, est opus in scrutatione cogitationum facienda: & in hebetatis *animæ nostræ sensibus acuendis, exercitandisque ad discretionem boni & mali.* Ebr. V, 14. Oportet omnino vndecunque exsuscitare conatu mentis ad Deum se incitantis, debilitata animæ membra: mente nostra cum Domino adiutorio semper nos prouocante, vt cum illo coalescamus *in unum spiritum*, 1. Cor. VI, 17. iuxta oraculum Pauli. Hoc autem certamen occultum, & meditationem Domini, ac laborem diu noctuque necesse est nos habere ad omnem studiosam executionem manda-

Cap. VII. VIII. ti præſcribentis quippiam ſiue orantibus, ſiue comedentibus, ſiue miniſtrantibus, ſiue bibentibus, ſiue aliud quiduis agentibus, vt quodcunque fit opus bonum, in Dei gloriam fiat. Sanctificatur enim tota ſeries mandatorum, & pure perfecteque a nobis executioni traditur per indeſinentem memoriam Dei, perque timorem & charitatem erga Deum; per hæc enim nos disiungimus ſeorſimque locamus ab eo, qui polluit mandata Dei.

ρόντι ποιούντων, ἵνα πᾶν ὃ γίνεται ἀγαθὸν ἐπιτήδευμα, εἰς δόξαν Θεοῦ γένηται. ἁγιάζεται γὰρ καὶ ἡ τῶν ἐντολῶν πᾶσα ἀκολουθία· καὶ καθαρῶς ὑφ' ἡμῶν ἐπιτελεῖται, διὰ τῆς ἀδιαλείπτου μνήμης τοῦ Θεοῦ, καὶ φόβου καὶ ἀγάπης τῆς πρὸς Θεόν, καὶ γινόμεθα ἐκτὸς ἀπὸ τοῦ μιαίνοντος τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ.

Cap. VIII.

Gen. XIV, 18. Etenim patriarcha Abraham e primitiis ſacerdoti Dei Melchiſedech obtulit; & ſic benedictionem accepit ab ipſo; quid vero aliud per hæc adumbrat Spiritus? ſublimiori nimirum intelligentia ſignificare vult, vtique ſumma & intima, verticem & oſſa totius concretionis naturæ noſtræ; hoc eſt, ipſam mentem, ipſam conſcientiam, ipſam diſpoſitionem, ipſam cogitationem, ipſam amandi potentiam, tanquam primitias totius noſtri hominis,

ΚΕΦ. Η.

Καὶ γὰρ ὁ πατριάρχης Ἀβραὰμ ἐκ τῶν ἀκροθινίων τῷ ἱερεῖ τοῦ Θεοῦ, Μελχισεδὲκ, προσήνεγκε, καὶ οὕτως τὴν εὐλογίαν ἐδέξατο παρ' αὐτοῦ. τί δ' ἄλλο διὰ τούτων αἰνίττεται τὸ πνεῦμα, ἀλλ' ἢ ὑψηλοτέραν θεωρίαν ἐμφαίνων πυ τὰ ἄκρα καὶ τὰ ὀστᾶ τοῦ ὅλου συγκρίματος τῆς φύσεως ἡμῶν· τουτέστιν, αὐτὸν τὸν νοῦν, αὐτὴν τὴν συνείδησιν, αὐτὴν τὴν διάθεσιν, αὐτὸν τὸν λογισμόν, αὐτὴν τῆς ψυχῆς τὴν ἀγαπητικὴν δύναμιν, τὴν ἀπαρχὴν τοῦ ὅλου ἡμῶν ἀνθρώπου

τῷ

τῷ Θεῷ πρότερον κομίζειν δεῖν πάντοτε, τὴν τῆς καρδίας ἱερὰν θυσίαν· τὰ ἀκροθίνια, καὶ τὰ ἄκρα τῶν ἀγαθῶν λογισμῶν εἰς τὴν αὐτοῦ μνήμην καὶ μελέτην διὰ παντὸς ἀπασχολουμένου· καὶ οὕτως δυνάμεθα ὁσημέραι τὴν αὔξησιν καὶ προκοπὴν λαμβάνειν βοηθούμενοι ὑπὸ τῆς θείας χάριτος, καὶ τὸ φορτίον τῆς δικαιοσύνης τῶν ἐντολῶν, ἐλαφρὸν ἡμῖν καταφανήσεται, καθαρῶς καὶ ἀμώμως ταύτας ἐπιτελοῦντες, συνεργούμενοι ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Κυρίου διὰ τῆς πρὸς αὐτὸν ἡμῶν πίστεως. περὶ δὲ τῆς φαινομένης ἀσκήσεως, καὶ ποῖον ἀγαθὸν ἐπιτήδευμα μεῖζον καὶ πρῶτον τυγχάνει, τοῦτο γινώσκετε, ἀγαπητοί, ὅτι ἀλλήλων πᾶσαι αἱ ἀρεταὶ κρέμανται, καὶ ἀλλήλαις συνδέδενται, καὶ ὥσπερ ἱερά τις πνευματικὴ ἅλυσις, μία ἀπὸ μιᾶς ἤρτηται· ἡ εὐχὴ ἀπὸ τῆς ἀγάπης, ἡ ἀγάπη ἀπὸ τῆς χαρᾶς, ἡ χαρὰ ἀπὸ τῆς πρᾳότητος, ἡ πρᾳότης ἀπὸ τῆς ταπεινώσεως, ἡ ταπείνωσις ἀπὸ τῆς διακονίας, ἡ

Deo ante omnia debere nos adſerre, & velut ſacram cordis noſtri offerre victimam, primitias & ſummitates bonarum cogitationum, in eandem Dei memoriam & meditationem, omni alia occupatione ſepoſita, vacantis. Et ſic poſſumus quotidie augmentum & profectum accipere, adiuti a diuina gratia; & onus iuſtitiæ mandatorum leue nobis adparebit pure & irreprehenſibiliter ea implentibus, cooperante ad hoc nobis ipſo Domino per noſtram in ipſum fidem. De adparente vero exercitatione, & quodnam bonum ſtudium maius inter omnia & primum ſit, illud ſcitote, dilectiſſimi, hærere committique inuicem virtutes omnes, & nexu pendere mutuo deuinctas vnam ab altera, ſic conſtituentes ſacram quandam & ſpiritualem catenam, in qua oratio charitati, charitas gaudio, gaudium manſuetudini, manſuetudo humilitati, humilitas miniſtrationi, miniſtratio ſpei, ſpes fidei, fides Cap. VIII.

Cap. VIII. IX.

obedientiæ, obedientia simplicitati, subiuncta insertaque connectitur. Sicut e contrario vitia quoque inter sese iunguntur, & ex vno aliud germinat; puta odium ab ira, ira a superbia, superbia a vana gloriatione, vana gloriatio ab infidelitate, infidelitas a duritie cordis, durities cordis a negligentia, negligentia a languore, languor a despicientia, despicientia a pigritia, pigritia a pusillanimitate, pusillanimitas ab amore voluptatis, & sic alia membra malitiæ suspensa nexaque trahuntur inuicem. Pari exemplo atque in parte meliori virtutes ex se mutuo pendent. Caput vero virtutis omnis & supremus vertex operum laudabilium est constans in oratione perseuerantia, per quam reliquas quoque virtutes a Deo continua petitione impetratas adipisci quotidie possumus.

Cap. IX.

Nisi humilitas & simplicitas, & benignitas exornet

διακονία ἀπὸ τῆς ἐλπίδος, ἡ ἐλπὶς ἀπὸ τῆς πίστεως, ἡ πίστις ἀπὸ τῆς ὑπακοῆς, ἡ ὑπακοὴ ἀπὸ τῆς ἁπλότητος, ὥσπερ καὶ τὸ ἐναντίον, ἐφ' ἑνὸς τὰ κακὰ ἐκδίδοται· τὸ μῖσος ἀπὸ τοῦ θυμοῦ, ὁ θυμὸς ἀπὸ ὑπερηφανίας, ἡ ὑπερηφανία ἀπὸ τῆς κενοδοξίας, ἡ κενοδοξία ἀπὸ τῆς ἀπιστίας, ἡ ἀπιστία ἀπὸ τῆς σκληροκαρδίας, ἡ σκληροκαρδία ἀπὸ τῆς ἀμελείας, ἡ ἀμέλεια ἀπὸ τῆς χαυνώσεως, ἡ χαύνωσις ἀπὸ τῆς ὀλιγωρίας, ἡ ὀλιγωρία ἀπὸ τῆς ἀκηδίας; ἡ ἀκηδία ἀπὸ τῆς μικροψυχίας, ἡ μικροψυχία ἀπὸ τῆς φιληδονίας, καὶ τὰ λοιπὰ μέρη τῆς κακίας ἀλλήλων εἰσὶν ἐκκρεμάμενα. οὕτως ἐν τῷ ἀγαθῷ μέρει αἱ ἀρεταὶ εἰσὶν ἀπηρτημέναι. Κεφαλὴ δὲ πάσης ἀρετῆς καὶ κορυφὴ τῶν κατορθωμάτων ἐστὶν ἡ προσευχῆς προσκαρτέρησις. δι' ἧς καὶ τὰς λοιπὰς ἀρετὰς διὰ τῆς παρὰ Θεοῦ αἰτήσεως ὁσημέραι κτᾶσθαι δυνάμεθα.

ΚΕΦ. Θ.

Ἐὰν μὴ ἡ ταπεινοφροσύνη, καὶ ἡ ἁπλό-

της,

Cap. IX.

[illegible]

nos, habitus orationis nihil nobis proderit. Non solum autem id de oratione dicimus, sed & de quauis alia contentione & labore, siue in virginitatis custodia, in precibus recitandis, in alia qualibet ærumnosa functione virtutis causa suscepta; nisi fructus charitatis, pacis, gaudii, mansuetudinis, humilitatis, simplicitatis, sinceritatisque, fidei, longanimitatis candide in nobis ipsis reperiamus, in vanum & vacuum nostri labores suscipiuntur; omnis enim ista exercitatio & contentio propter hos fructus suscipi debet. Quare his fructibus non comparentibus intra nos, frustranea & irrita illa omnis fuit operatio, adeoque, qui sine his operantur, similes in die iudicii deprehendentur fatuis quinque virginibus, quæ, *Matth. XXV, 8.* quod hinc non asportassent in vasis cordis spirituale oleum, quo prius memoratæ virtutes designantur, fatuæ nominatæ sunt, & spirituali regni thalamo exclusæ. Labor-

Cap. IX. que virginitatis, propter defectum virtutum, & priuationem manifestæ inhabitationis Spiritus, pro nihilo reputatus est. Sicut enim in cultura vineæ omnis industria & labor ad fructuum perceptionem refertur; quæ si demum fallat, non repertis vuis in vite, nequidquam & sine operæ pretio existimatur desudasse vinitor; ita nisi per operationem Spiritus sancti fructus charitatis, pacis, gaudii, humilitatis, aliorumque enumeratorum
Gal. V, 22. ab apostolo donorum, in omni certitudine ac sensu spirituali in nobis ipsis agnoscamus, frustra contentionem virginitatis, orationis, psalmodiæ, ieiunii & vigiliarum laborem suscepisse conuincemur. Hi quippe labores animæ ac corporis, spe spiritualium eiusmodi fructuum exerceri debent, Spiritus vero in virtutibus fructificatio, fruitio est spiritualis in voluptate incorrupta, in cordibus fidelibus operatione Spiritus sancti animatis,

θῆναι, καὶ τοῦ πνευμα-
τικοῦ τῆς βασιλείας νυμ-
φῶνος ἀπεκλείσθησα-
καὶ ὁ τῆς παρθενίας κα-
ματος διὰ τῶν ἀρετ-
ἔλλειψιν καὶ στέρησιν τ-
ἐναργοῦς ἐνοικήσεως τ-
πνεύματος, εἰς οὐδὲν
λογίσθη. ὥσπερ γὰρ ἐν
γεωργίᾳ τῆς ἀμπέλ-
πᾶσα ἐπιμέλεια καὶ ὁ
τὴν τῶν καρπῶν ἀπόλα-
σιν γίνεται, καρπῶν
μὴ εὑρισκομένων ἐν τ-
ἀμπέλῳ εἰκῆ καὶ μάτ-
πᾶσα ἐμπόνησις τῆς ἐρ-
γασίας γίνεται. οὕτως ἐ-
μὴ διὰ τῆς ἐνεργείας τ-
πνεύματος καρποὺς ἀ-
γάπης καὶ εἰρήνης κα-
χαρᾶς καὶ ταπεινώσεω-
καὶ τῶν λοιπῶν παρὰ τ-
ἀποστόλου ῥηθέντων
πάσῃ πληροφορίᾳ κα-
αἰσθήσει πνευματικῇ
ἑαυτοῖς ἐπιγνῶμεν,
καὶ ὁ τῆς παρθενίας κα-
ματος, καὶ εὐχῆς, κα-
ψαλμῳδίας, νηστείας
καὶ ἀγρυπνίας ὁ πόνος
εἰς οὐδὲν ἀποδείκνυτα-
οὗτοι γὰρ οἱ πόνοι ψυχ-
καὶ σώματος ἐπ' ἐλπ-
δι πνευματικῶν καρπ-
ἐπιτελεῖσθαι ὀφείλουσιν
δὲ τοῦ πνεύματος ἐν τα-
ἀρεταῖς καρποφορία
πόλαυσίς ἐστι πνευματ-
καὶ ἐν ἡδονῇ ἀφθάρτῳ

[illegible]

In multa ſiquidem diſcretione prudentiæ, operatio, labores, & ærumnæ naturæ, exiſtimentur per fidem & ſpem a ſancto Spiritu iis, qui digni ſunt, efficaciter inditi. Bonum eſt ieiunium; bona vigilia; bona fuga patriæ & conuerſationis humanæ in ſolitudine. Sed hæc flos ipſe ac vigor ſunt conuerſationis bonæ. Ceterum ordo chriſtianorum interior eſt his; & non debet quis his inniti ſolis ad confidentiam. Contingit autem eſſe quoſdam participes gratiæ; in quibus malitia, cum reuera ſubſit, inſidioſe latere ſatagit, vltro agere ceſſans & ſe abſcondens, ipſumque, in quo habitat, fallat, male perſuadens, eſſe ſuam mentem iam purgatam; vnde in arrogantiam inflatur, aiens: perfectus ego chriſtianus ſum. at dum miſer iſti fiduciæ homo indormit, liberum ſe nunc demum prædicans, opprimitur ab irruente in eum, latronum more, e latebris, vbi ſubſederat, malitia, quæ ni- Cap. IX.

Cap. IX. X.

hil minus opinantem tentatione vehementi adoriens vincit & deprimit in terræ infima. Si enim homines sæpe latrocinio aut militiæ dediti, strategemate vti sciunt, subsidentes in locis occultis, & ex insidiis repente coorientes in hostium terga, ipsosque circumuentos vi subita trucidant; quanto magis malitia, quæ tot millibus annorum hoc opҫ exercuit, tot perdens animas, notam habebit artem insidiarum in imo corde struendarum, vt aliquando cesset ab agendo, quo persuasione ista imbuat animam, se esse perfectam.

ἄνθρωποι πολλάκις λῃσταὶ ὄντες ἢ στρατιῶται κατὰ πολεμίων εἴδασι τεχνάζεσθαι, καὶ ὑποκαθέζονται, καὶ ποιοῦσιν ἐγκρύμματα, καὶ λαμβάνουσι τὰ νῶτα τῶν ἐχθρῶν, καὶ περικυκλοῦσιν αὐτοὺς ἀθρόως, καὶ ἀποκτείνουσι· πολλῷ μᾶλλον ἡ κακία οὖσα τοσούτων χιλιάδων τοῦτο τὸ ἔργον ἔχουσα, τόσας ἀπολέσασα ψυχάς; οἶδεν ἓν ἔγκρυμμα ποιεῖν ἐν τῇ καρδίᾳ, κατὰ καιροὺς μὴ ἐνεργεῖν, ἵνα ἐνέγκῃ τὴν ψυχὴν εἰς οἴησιν τελειότητος.

Cap. X.

Fundamentum christianismi hoc est, ne homo post quantalibet bona opera, in ipsis acquiescat, aut se magnum putet, sed perseueret esse pauper spiritu; ac quum gratiæ particeps factus fuerit, ne existimet, se quidpiam adeptum, putetque, se esse aliquem, incipiatque magistrum agere. Neue se aliquem supra vulgus, quin etiam, cum

ΚΕΦ. Ι.

Ὁ θεμέλιος τοῦ χριστιανισμοῦ οὗτός ἐστιν, ἵνα ἂν ποιήσῃ ὁ ἄνθρωπος δικαιοσύνας, μὴ ἐπαναπαύῃ ἐν αὐταῖς, καὶ ἔχῃ ἑαυτὸν μέγαν, ἀλλ' ᾖ πτωχὸς τῷ πνεύματι· καὶ ἐὰν γένηται μέτοχος χάριτος, μὴ νομίσῃ ἑαυτὸν καταληφέναι τι, καὶ οἰηθῇ εἶναί τις, καὶ ἄρξηται διδάσκειν· ἀλλ' ἵνα ἂν καλῆς ξενιτείας καὶ πολιτείας, νηστεύων πολὺ, ξενιτεύων, εὐχόμε-

χρόνου μετέχων χά-
ρίτων, μὴ ἡγήσηται τὴν
ro dicunt ad eum: Quid mali habet? Ille eis dicit: quam videtis equam, ea misera est vxor mea, neque scio, quemadmodum mutata sit in equam, & iam sunt tres dies ex quo nihil comedit. Ii autem cum hæc audissent, referunt ad seruum Dei Macarium, eo iam intus pro illa orante: ei enim Deus reuelauerat, ipsis ad eum venientibus, & ideo orabat, vt sibi declaretur causa propter quam hoc euenerat. Respondit autem sanctus Macarius fratribus, qui ei renunciauerant: Adduxit ne aliquis huc equam? dicunt: Ita. Is vero eis dicit: Equi vos estis, qui habetis equorum oculos, illa enim est fœmina ita vt est creata, non transformata, sed sic solum apparens oculis eorum, qui sunt decepti. Quæ cum esset adducta, aquamque benedixisset, & in eius nudum caput infudisset, super eius caput est precatus: statimque effecit, vt omnibus videntibus videretur fœmina. Cum autem iussisset ei cibum afferri, fecit eam comedere, & sic eam curatam dimisit cum suo marito, Deo agentes gratias. Eam autem admonuit vir Dei, sic dicens: Nunquam ecclesiam deseras, nunquam abstineas a communione Christi sacramentorum. Hæc enim tibi acciderunt, quod jam quinque hebdomadas non accessisti ad intemerata nostri Seruatoris sacramenta.

Alia est actio magnæ eius exercitationis. Magno vitæ suæ tempore a cella sua in dimidium vsque stadium fodiens cuniculum, summam effecit speluncam: & si quando complures ei essent molesti, occulte e sua cella egrediens, ibat in speluncam, neque quisquam eum inueniebat. Narrauit autem nobis quidam ex studiosis eius discipulis, quod recedens vsque ad speluncam per cuniculum, dicebat viginti qua-

tuor orationes; & rediens totidem.

De eo exit fama, quod mortuum suscitauit; vt persuaderet hæretico, qui non confitebatur esse resurrectionem corporum, & fuit constans hæc fama in solitudine.

Ad hunc sanctum adductus est aliquando a matre propria lamentante adolescens, qui vexabatur a dæmone, a duobus adolescentibus ex vtraque parte constrictus. Hunc autem ita vexebat dæmon. Trium modiorum panes postquam comedisset, & calicem aquæ bibisset, vtraque eructans, cibos resoluebat in vaporem. Ab eo enim non secus ac igne consumebantur, quæ comederat & biberat. Est enim ordo quoque dæmonum, qui dicitur igneus. Sunt enim dæmonum quoque sicut hominum differentiæ, non mutata essentia, verum mente diuersa. Hic ergo adolescens cum ei mater non suppeditaret, sæpe sua comedebat excrementa, & lotium bibebat. Flente ergo eius matre, & alienam sui filii mœrente calamitatem, & sanctum valde obtestante & rogante, illum accipiens inuictus Christi athleta Macarius, supplex pro eo Deum orauit. Post vnum autem aut alterum diem remisit dæmon vexationem, tunc ergo dicit matri adolescentis Dominus Macarius: Quantum vis, vt filius tuus comedat? Illa autem respondit, dicens: Rogo te, iube eum solum edere decem libras. Eam autem increpans, vt quæ nimium dixerat, dixit: O mulier cur hoc dixisti? Cumque septem dies orasset cum ieiunio, expulso ab eo pernicioso dæmone ingluuiei, constituit ei viuendi rationem ad tres vsque libras panis, quas deberet ipse comedere si operaretur. Cum hoc modo Dei gratia puerum emendasset, eum matri reddidit.

Has res admirabiles & præter opinionem fecit Deus per ſanctum Macarium. Eum ego non conueni: dormierat enim anno antequam ego ingrederer ſolitudinem. Conueni autem eum, qui erat eius ſocius in fidei operibus, & cui idem venerabile nomen, quod ipſe habebat.

EXCERPTA ex IO CASSIANO De MACARIO ÆGYPTIO.

Lib. V. de Spiritu Gaſtrimargiæ cap. XLI.

Sententia Abbatis Macarii, de obſeruantia monachi, vel tanquam diutiſſime victuri vel tanquam quotidie morituri.

ADhuc vnum beati Macarii profertur nobis ſalutare mandatum, quo libellum ieiuniorum & continentiæ, tanti viri claudat ſententia. Ita, inquit, debere monachum ieiuniis operam dare, vt centum annis in corpore commoraturum; ita motus animi refrenare, & iniuriarum obliuiſci, triſtitiasque reſpuere, dolores quoque ac detrimenta contemnere, tanquam quotidie moriturum. In illo namque vtilis eſt prudensque diſcretio, æquali monachum diſtrictione faciens ſemper incedere, nec permittens ſub occaſione debilitati corporis, de arduis ad perniciosiſſima prærupta deuolui: in hoc vero magnanimitas ſalutaris, quæ valeat non ſolum quæ videntur proſpera mundi præſentis deſpicere; verum etiam aduerſis triſtibusque non frangi, & ea velut par-

ua nullaque contemnere; illic habens iugiter defixum suæ mentis intuitum, quo quotidie singulisque momentis accersendum esse se credit.

Collatione V. Cap. XII.

De octo principalibus vitiis

In quo sit vtilis cenodoxia.

PVlchre Abbas Macarius cuidam percunctanti cur fame ab hora tertia in eremo pulsaretur, qui in cœnobio hebdomadibus integris refectionem sæpe contemnens, non sensisset esuriem? Respondit: Quia nullus hic est ieiunii tui testis, qui te suis laudibus nutriat, atque sustentet; ibi autem te digitus hominum & cenodoxiæ refectio saginabat.

Collat. XV. Cap. III.

De charismatibus diuinis

De suscitato mortuo ab Abbate Macario.

SIcut & ab Abbate Macario, qui habitationem Scythioticæ solitudinis primus inuenit, mortuum suscitatum esse reminiscimur. Nam cum hæreticus quidam, qui Eunomii perfidiam sectabatur, sinceritatem catholicæ fidei arte dialectica subuertere conaretur, magnamque iam hominum multitudinem decepisset, rogatus a catholicis viris, qui ruina tantæ subuersionis grauissime mouebantur, beatus Macarius, vt simplicitatem totius Ægypti ab infidelitatis naufragio liberaret, aduenit. Quem cum hæreticus arte dialectica fuisset aggressus, & Aristotelicis ignorantem spinis vellet abducere, beatus Macarius apostolica multiloquium eius breuitate concludens; Non est, inquit, in verbo regnum Dei, sed

sed in virtute. Eamus igitur ad sepulcra, & nomen Domini super mortuum, qui primus inuentus fuerit, inuocemus, ac, sicut scriptum est, ostendamus ex operibus fidem nostram, vt manifestissime rectæ fidei documenta eius testimonio declarentur, & perspicuam veritatem non inani disputatione verborum, virtute signorum, & illo, quod non potest falli, indicio comprobemus. Quo audito hæreticus coram circumstanti plebe pudore constrictus, cum ad præsens præbere se conditioni propositæ simulasset assensum, seque adfuturum in crastinum promisisset, postero die expectantibus vniuersis, qui studiosius ad condictum locum, spectaculi huius cupiditate, confluxerant, exterritus de conscientia suæ infidelitatis aufugit, ac protinus ab vniuersa Ægypto transmigrauit. Quem cum beatus Macarius vsque ad horam nonam cum populis præstolatus pro sua conscientia declinasse vidisset, assumens plebem, quæ ab illo fuerat deprauata, ad condicta sepulcra perrexit. Hunc autem Ægyptiis morem Nili fluminis inuexit alueus, ut quoniam vniuersa illius latitudo terræ instar immensi pelagi, non paruo anni tempore solita aquarum eruptione contegitur, ita vt nulla tunc cuiquam humandi copia humani corporis] tribuatur, nisi post transuectionem decursam, corpora vero mortuorum pigmentis condita redolentibus, in editioribus cellulis recondantur. Nam madens ebrietate continua terræ illius solum humandi arcet officium. Si qua enim cadauera defossa susceperit, euomere ad superficiem suam inundationum nimietate compellitur. Cum igitur antiquissimo cuidam cadaueri beatus Macarius adstitisset, ait: o homo, si

venisset huc mecum hæreticus ille filius perditionis, & adstante ipso nomen Christi Dei mei inuocans exclamassem, vtrumne coram his, qui pene eius fuerant fraude subuersi, surrecturus fuisses, edicito. Tum ille consurgens, annuentis voce respondit.

Quem interrogans Abbas Macarius, quidnam fuisset aliquando, cum frueretur hac vita, vel qua hominum fuisset ætate, aut si nomen Christi tunc temporis cognouisset? Ille se sub antiquissimis regibus vixisse respondit, Christique nomen adseruit illis se nec audiuisse temporibus. Cui rursus Abbas Macarius; Dormi, inquit, in pace cum ceteris in tuo ordine a Christo in fine temporum excitandus.

Hæc igitur eius virtus & gratia quantum in ipso fuit, semper fortasse latuisset, nisi eum necessitas totius prouinciæ periclitantis, & erga Christum plena deuotio, amorque sincerus, istud exercere miraculum compulisset.

Quod vtique, vt ab eo fieret, non ostentatio gloriæ, sed charitas Christi & totius plebis extorsit vtilitas, vt beatum quoque Heliam fecisse Regum lectio manifestat, qui ignem de cœlo super hostias impositas pure, idcirco descendere postulauit, vt periclitantem Pseudoprophetarum præstigiis fidem totius populi liberaret.

Collat. XXIV.

De Mortificatione cap. XIII.

Abbatis Macarii fabula de tonsoris mercede composita ad illusiones diaboli cognoscendas.

NAm quod alios quoque saluare vos posse confiditis, & spe maioris lucri ad reuisendam patriam festinatis, audite etiam super hoc quandam Abbatis Macarii fabulam, iucundissime, atque aptissime

sime figuratam, quam & ille cuidam similibus desideriis æstuanti, medicinam opportunissimæ narrationis ingessit. Erat, inquit, in ciuitate quadam peritissimus tonsor, qui denariis ternis vnumquemque detondens, tenuem vilemque mercedem sui operis acquirendo, ex hac eadem quantitate necessaria suo victui quotidie comparabat: centumque denarios, expleta omni corporis cura, marsupio suo diebus singulis inferebat. Sed cum indesinenter hunc conderet quæstum, audiuit in quadem longe posita ciuitate, singulorum solidorum singulos homines tonsori præbere mercedem. Quo ille comperto: Quamdiu ero, inquit, hac mendicitate contentus, vt trium denariorum stipem cum labore conquiram, cum possim illo pergens ingenti solidorum quæstu diuitias congregare? Itaque sumens artis suæ protinus instrumenta, expensis in sumtu omnibus, quæ hic multo tempore collecta seruarat, ad vrbem illam quæstuosissimam cum summo labore peruenit. Vbi cum ea qua ingressus est die secundum id, quod compererat ab vnoquoque mercedem sui operis recepisset, ad vesperam se videns grandem solidorum numerum conquisisse, ad macellum lætus intendit, escas refectioni suæ necessarias coemturus. Quas cum cœpisset magno solidorum pretio comparare, expensis in perexiguo victu vniuersis, quos acquisierat solidis, ne vnius quidem denarii intulit lucrum. Cumque ita singulis diebus acquisitionem suam vidisset insumi, vt non solum nihil redigeret, sed vix ipsam quotidianæ substantiæ necessitatem posset explere, apud semet ipsum recogitans, reuertar inquit ad ciuitatem meam, illumque repetam tenuissimum quæstum, ex

quo

quo mihi expleta omni corporis cura, quod ad sustentationem senectutis accresceret, quotidiana exuberantia conferebat. Quod quamuis paruum videretur & tenue, non mediocrem tamen summam, iugi pariebat augmento. Quæstuosior quippe mihi fuit ille nummorum, quam iste solidorum imaginarius quæstus, ex quo non solum nihil exuberat, quod recondam, sed etiam vix ipsa quotidiani victus necessitas sustinetur. Et idcirco rectius nobis est, hunc solitudinis hujus tenuissimum fructum, indirupta iugitate sectari, quem nullæ seculares curæ, nullæ mundanæ distentiones, nulla cenodoxiæ ac vanitatis arrodat elatio, nullæ solicitudines diurnæ necessitatis imminuant. Melius est enim modicum iusto, super diuitias peccatorum multas, quam affectare lucra illa maiora, quæ etiamsi parata fuerint, quæstuosissima conversione multorum, necessitate tamen mundanæ conuersationis, & quotidianis distentionum diminucionibus absumentur. Melior namque est secundum sententiam Salomonis, pugillus vnus cum requie, quam duo pugilli cum labore & præsumtione spiritus: Quibus illusionibus atque dispendiis omnes admodum infirmos necesse est implicari, qui cum etiam de sua salute sint dubii, ipsique adhuc magisterio atque institutione egeant aliena, ad conuertendos alios & regendos, diabolicis illusionibus instigantur; quippe etiamsi potuerint lucri aliquid ex quorundam conversione conquirere, impatientia sua atque inconditis moribus, quicquid acquisierint, perdunt. Illud namque eis, quod Aggæus propheta describit, eueniet: Et qui mercedes congregat, mittat eas in sacculum pertusum. Vere enim

cra ſua in pertuſum
m condit, qui quic-
r aliorum conver-
videtur acquirere,
rantia cordis ſui,
tidiana animi di-
ie diſpendit. Ita-
, vt dum vberiora
er aliorum credunt
ionem parare ſe

poſſe, etiam ſua correctio-
ne priuentur. Sunt enim
qui ſe diuites ferunt, nihil
habentes, & ſunt, qui ſe hu-
miliant in multis diuitiis, &
melior eſt vir in ignobili-
tate ſeruiens ſibi, quam qui
dignitatem ſibi acquirit, &
indiget pane.

INDEX

INDEX I.
Rerum & Verborum.

A.

Abelis sacrificium. p. 48. 49
Abnegatio sui ipsius. 23
quid sit? 40. 97.
Abnegatio fieri debet præoccupationum, cognationis carnalis, iustificationum carnalium &c. 136
Abraham primitias obtulit. 6
quid hoc significet? 6
Accessuro ad Dominum quid faciendum. 22. 26
Adamus a serpente ad superbiam seductus. 17
a satana deceptus. 72. 74
nudus. 74
alas non habuit. 109
in lapsum lata sententia. 217
Adflictio mentalis. 4
Adflictiones constanter omnes ferendæ. 195. 202
Vid. Tentatio.
Adparitio Dei quomodo facta sit patriarchis & sanctis? 116. 117
Aduentus Christi consilium. 219
Ægyptiorum pœna. 110
Affectus quomodo sanandi & purgandi? 35
Affectus quidem intus malo corrumpuntur, tandem tamen perfecte sanantur. 80
Affectibus adhuc inueteratis piis quid faciendum? 218
Affectus prauos inuiti patiuntur christiani. 79
Affectuum vacuitas quid sit experientia sciri debet. 131
ad affectuum perfectam quietem peruenire sine multo labore nemo potest. 170
in affectus quid potestatem det? 170
Afflictio *Vid.* Adflictio.
Alæ spirituales. 109
Amator Dei verus quis? 211
Amor mundi ab anima sanctificata deponitur. 117. 118
Amorem Dei vix per breue tempus deponunt animæ Deum orantes. 167
Amoris erga Deum non sinceri signa. 100. 101
Amor erga res mundanas detrahit mentem.
Amor Dei purus quis sit & quomodo possibilis? 208
Vide Charitas.
Angeli secundum naturam corpus sunt. 114
Anima hominis habet profunditatem. 15

Ani-

Animam hominis intrat peccatum. 15. 19
Anima est libera, cui nulla a diabolo adferri potest necessitas. 21
Animæ claritas amiciet olim nuda corpora in resurrectione. 109
Animæ pars superior 110
Anima sanctificata omni mundano amore expeditur. 117
Animæ pigritiam curat Christus. 122
Anima videtur euolare. 147
Anima corrumpitur sordidis cogitationibus. 184
Anima custodienda est, ne prauis cogitationibus pateat. 185.
Anima sancta cum Deo in vnam est voluntatem. 194
Animæ tentationes quæ? 209. 210
Anima Christo coniuncta eius voluntati subiicitur. 155
Animæ orantes summa delectatione perfunduntur. 145
Anima terrestribus dedita non potest fugere tenebras diabolicarum potestatum. 167
Animam Christus liberat. 10
Anima quomodo posit dignoscere charismata spiritus S. a phantasmatibus spiritus mali? 86
Anima debet sibi attendere. 86. 87
Anima ex incuria capta. 89
Animæ cæcitas. 89
Anima imaginem Dei seruat. 89
Animæ restitutio. 90. 92. 93. 217
Anima per inobedientiam veluti irrationalis facta est. 91
Anima irregenita a variis concupiscentiis agitatur. 94
Anima secundum naturam suam corpus est. 114
induit membra corporis. 114
Animæ quid Deus fiat? 115
Anima quomodo viuat? 115
Animæ Deum orantes vix per breue tempus intermittunt amorem Dei. 167. 169
Animæ Deum orantes appetunt perfectionem deliciarum spiritualium. 168
Anima ab omni prauo adfectu & peccato expurgatur. 80
Animam pro lubitu non potest tentare hostis. 196
Anima in gratiæ statu constituta potest deficere. 190
Animæ Deum amanti Deus omnia implet. 188
Animæ pigræ quæ sint & quid ipsis fiat? 168
Animæ tentationes recte perferentes coronantur gloria. 199
Anima pretiosior est mundo. 227
Anima Adami post lapsum mortua. 217

Anima

Anima hominis lapſi vt ligetur. 212
Anima vincta vt liberetur. 223
Antonii cum Macario congreſſus. 243. 256
Apoſtolis ſpiritum ſanctum accipientibus prauitas innata ablata eſt. 151
Apoſtoli quoque ſoliciti fuerunt, ne tentarentur. 129
Apoſtolis nullam vim inferre poterat malitia. 130
Apoſtoli habebant adhuc libertatem ſuam, licet perfecti erant. 130
Arbitrium liberum hominis adſtruitur. 183
Vide Libertas.
Attentio animæ. 87

B.

Beatitudo ſanctorum in terra. 160
Bellum eſt duplex Chriſtianis. 163
Benignitas debet exornare opera noſtra. 8. 9
Boni & mali diſcretionem debet habere homo. 84
ad bonum ſibi vim debet facere ad Deum acceſſurus. 23
Bonum eſt adſcribendum Domino. 139
Bonum omne diabolus nititur contaminare. 48
Bonum aliquando bene fit.

C.

Cain imago omnium catorum.
Caini ſacrificium.
Certamen ſatanæ aduerſ mam noſtram.
Certamen animæ occultur
Certamen in oratione.
Certamen contra mortem.
Certamen piorum in bon
Certamen piorum, qui tum ſanctum habent.
Vide Lucta.
Chariſmata Spiritus S. ſu verſa.
Chariſmata Spiritus S. qu do a phantaſmatibus ſ ſint dignoſcenda?
Charitatis fructus deben eſſe.
Charitatem qui non poſ exercere, quid ipſis ciendum?
Charitas eſt fundamentum ternitatis.
Charitatem ad Deum ctam habent pauci.
Charitas ſanctorum.
Charitas nunquam excidit
Charitas in Deum quo acquiratur?
Charitas Dei debet præc amor vero proximi ſequ

Charitas erga Deum quomodo possit exerceri? 45
de Charitate liber. 136
Vide Amor
Christianismi perfectum mysterium. 211
Christianismi fundamenta. 11
Christiano saluando quid sit faciendum? 23
Christianus facile exercet omnes virtutes. 57
Christianorum requies. 66. 67
Christianorum ornatus & indumenta. 109
Christianis ante omnia quid sit faciendum? 110
Christianis duplex bellum est. 163
Christus a diabolo tentatus. 91
Christus habitat in piis. 88
Christus quæ sit passus? 91
Christi exinanitio. 138. 139
Christi exaltatio. 179. 180
Christus descendit ad inferos. 181
Christus descendit in cor hominis. 181
Christus quare aduenerit in mundum? 229
Christi imitatores quomodo debeant esse comparati? 195
Christus se contraxit & in corpus quasi redegit. 115
Christus curat animi pigritiam & torporem. 122. 123
Claritas animæ amiciet olim etiam corpora. 109
Vide gloria.
Cœlestia sunt omnibus præferenda. 225
Cœlicolis facta sanctorum non sunt ignota. 161
Cogitationes scrutandæ. 5. 134
Cogitationes prauæ funditus sunt extirpandæ. 93
Cogitationes sunt custodiendæ. 184
Circa cogitationes multo certamine opus est. 146
Vide Cognitio, Notitia.
Cognitionem diuinam Mosis facies repræsentat. 211
Columna ignis & nubis. 100
Communio cum Deo. 78
Concupiscentiæ apud pios quid agant? 128
Vide Cupiditas.
Confidentia nimia, securitasque hominis christiani. 11
Confidentia in externa & vana. 175
Confidentia nimia est Deo abominabilis. 138
est studiose vitanda ibid.
Consolatio a Deo quando inueniatur. 232
Consolatio etiam occasionem tentationis aliquando præbet. 209. 210
Cor est abyssus. 1
Cordis custodia. 187. 188
Cordis puri creatio est possibilis. 64
in cor quomodo ingrediendum? 1

Cordis purgatio & ſanctificatio. 34
Circa cor velamen poſitum eſt. 75
Cor cuſtodiendum. 187. 188
Cor eſt perſcrutandum. 134. 185
de cordis puritate an gloriandum? 135
Cor eſt ſepulcrum in quod Chriſtus venit. 187
In corde mors vera. 2
Cor purum non ſtatim habet homo ad primam gratiam. 80
Corpora ſanctorum glorificabuntur. 108. 215. 216. 217
Corpora reſurgent. 2
Corporum impiorum in reſurrectione olim erunt deformia. 217
Corroboratio in Spiritu. 87
Cranium cum Macario loquitur. 265. 266
Creatio puri cordis posſibilis. 64
Cupiditates in aliquibus ſanctis ad quinque vel ſex annos euanuerunt. 127
Vide Concupiſcentia.

D.

DÆmon vult Macarii pedem abſcindere. 264
Dæmones inſtar muſcarum in iuuenem aliquem venientes repelluntur. 262
Vide Diabolus
Damnationis in homine cauſa. 102. 103
Debitum apud Deum nullus habet. 188. 189
Decertationes piorum. 142
Vide Lucta, Certamen.
Deceptio ſui ipſius in ſpiritualibus. 15. 16
Defectio ſanctorum posſibilis. 84. 190
Deſcenſus Chriſti ad inferos. 187.
Deſperandum non eſt recordatione priorum delictorum. 121
Deus quodammodo in corpus ſe transformat? 113
Deus quid fiat animæ? 115. 116
Deus quomodo adparuerit ſanctis? 116
Deus expectat hominum pœnitentiam. 119
Dei qui particeps ſit? 78
Deus pure amandus non ob ſpem lucri. 208
Deo omnia ſunt in acceptum ferenda. 189
Sine Deo eiusque auxilio noſſe Dei ſapientiam non posſumus. 129
Dei guſtus non poteſt exſatiari. 138
Dei amator verus quis? 211
Diabolus non poteſt pro lubitu affligere animam. 196
Diabolus non aufert libertatem homini. 183
Vide Satanas, Dæmon.

Disciplina exteriori non est nitendum. 14
Discretione opus est. 118
Discretio spiritualium competit saltem spiritualibus. 166
Discretio homini est necessaria. 84
de Discretione liber. 70
Diuitiæ spirituales primum sibi comparandæ, deinde & aliis sunt communicandæ. 141
Diuitiæ spirituales variis modis comparantur. 220
Doctores sine opibus internis cui sint similes. 141
Doctrina & vita sancta simul stare debent. 235

E.

EBrietas spiritualis. 156
Elevatio mentis. 108
Euangelium saltem in genere præcipit quid sit agendum? 132
Exinanitio Christi. 138. 139
Experientia debet constare quid sit perfectionis methodus & affectuum vacuitas. 137
sine experientia qui de spiritualibus disputant cui sint similes? 132
Experientia in rebus sanctis. 128
Experientiam debet habere qui de rebus diuinis differere cupit. 154. 155

F.

FElicitas sanctorum in terra. 159
Filius Dei fieri qui vult, quid ei sit faciendum? 87
Filii Dei quibus delectamentis fruantur? 142
Filii Dei quando simus? 44
Filiis Dei quid sit faciendum? 295
Fructificatio in virtutibus qualis sit? 56. 57
Fructus spiritus qui? 56. 57

G.

GAudia piorum quæ? 142 143
Gloria Mosis typus gloriæ Spiritus S. 164
Gloriam Mosis induunt veri Christiani & quomodo? 73
Gloria Mosis repræsentat illuminationem Spiritus Sancti in piis. 211. 212
Gloriæ differentia in resurrectione. 81
Gloriæ studium in bonis operibus est vanum. 99
Vide Laus.
Gloria æterna in adflictionibus est abscondita. 105. 106
Gloriæ mensura est varia. 106
Gloriæ formam ostendit Mosis. 208
Vide Claritas.
Græci sapientes rixis dediti fu-

erunt. 329
Gratia non sequitur semper, vtcunq; aliquis fecerit omnia. 77
Gratiæ effectus non potest repræsentare peccatum. 85
Gratiæ opera. 85
Gratia diuina multifariam se transformat. 144
Gratia indesinenter operans. 15
Gratiæ dona profitenda. 18. 19
Ad primam gratiam non statim homo est purus. 15. 18
Gratia non ligat voluntatem. 20. 130
Gratia crescit in perseueranter orante. 30
Gratia salutem adsequimur. 33
Gratia est necessaria. 33
Gratiæ auxilium cui Deus suppediter? 111
Gratia aufert omne inquinamentum. 125
Non liberat in omne tempus a malitia. 128
Post gratiam acceptam homo adhuc est liber. 130
Gratia sustinuit Apostolos. 129. 130
Cum Gratia adhuc adest concupiscentia. 128
Gratiæ donis sanctificantur pii. 142
Gratia irradicatur quasi in homine, vt cum ipso sit una natura. 148
Gratia varias vicissitudines dispensat. 148. 153
Gratia vt imminuatur & crescat. 149
Gratia ut innoxie possideatur, quid requirat? 209. 210
Gratiam in summo gradu non potest aliquis sustinere semper. 249
Gratia licet indesinenter operetur, tamen cum ea subest malitia. 179
Gratia quoque occasionem tentationis præbet. 209
Gratia non offert necessitatem. 183
Gustus Dei non potest exsatiari. 138

H.

Hæreditas animæ amissa & recuperata. 93
Hominis impotentia. 162. 163
Homo sibi relictus nihil potest. 161
Homo sibi est causa malorum. 83
Homo causa est sortis malæ & bonæ. 84
Homo quomodo & cur pereat? 101
Homini adscribitur malum & bonum. 21
Homo lapsus dupliciter ligatur 222
Homines aliqui saluari nolunt. 22
Homines fugiendi. 257. 269

Humi-

Humiles quinam sint vere? 138
Humilibus delectatur Deus. 139
Humilitas debet exornare opera nostra. 9
Humilitas fundamentum est fraternitatis. 60
Propter Humilitatem Christus est exaltatus. 17
Humilitas animæ piæ quæ? 167. 170
Humilis nunquam cadit. 208
Humilitatem quomodo exercere debeat homo Christianus? 19
Humilitati studere debet, qui filius Dei vult fieri. 88
Humilitatem qui exercent, in iis habitat Christus. 88
Humilitate distant dæmones ab piis hominibus. 264

L.

IEiunium Christianorum. 3
Ieiunio non est confidendum. 175
Ignauia in Christianismo. 221
Vide Torpor.
Illuminatio fit per partes 19. 20
Illuminatio Spiritus S. quid sit? & quid non sit? 211. 213 214
Illuminati nondum plene tamen spem salutis habere possunt. 210
Illuminati aliquando pro fatuis habentur & pro hominibus noxiis. 148. 149
Imaginem Dei seruat anima. 89
Imitatores Christi qui esse possint? 195
Impedimenta ad æternam vitam. 210
Impius non statim mittitur in gehennam & cur hic sinatur viuere. 71
Impios impœnitentes lugent Deus & Angeli. 129
Impotentia hominis, 162. 163
Inferni cruciatus diversi. 266
Ingressus hominis in seipsum. 1
Inobedientia hominis primi. 92
quomodo homo ex eadem possit redire ad seipsum? 92
Irradiatio Spiritus S. 213
Irregenitus variis concupiscentiis agitur. 94
Israelitæ multa delinquentes puniti. 121
Iuuenes duo ad Macarium se recipiunt. 259
& probantur. 260

L.

LAbores in bono sunt sustinendi. 203. 204
Lacrymæ piæ. 150
Lapsus Adami. 74
Lapsus homo dupliciter ligatur. 222
Lapsus a Christiano deflendus est. 13
Latrones insidiantur hominibus.

bus. 11
Latro nihil potest Macario auferre. 298
Laus propria non est quærenda in bonis operibus. 38
Vide gloria.
Lex cui est posita? 183
Lex onus imponebat, nullum ferre valens auxilium. 192
Liber perfecte nemo Christianorum est. 153. 154
Libertas hominis ad bonum & malum. 21. 22. 84
Libertas mentis. 181
Libertatem homo retinet etiam in statu gratiæ. 183
Vide gratia.
Liberum arbitrium. 183
Longanimitas Dei hominum pœnitentiam expectat. 119
Longanimitas Dei non contemnenda est. 109. 119
Lucta duplex Christianorum. 163
Luctam in anima quis cognoscat? 223
quis non cognoscere possit? 224
Vide Certamen, Bellum.
Lumen a Deo & a satana profectum quomodo dignoscatur? 86

M.

MAcarius ob stuprum imputatum cogitur nutrire meretricem, & quomodo illa fraus fuerit retecta? 235
Macarius qua ratione venerit in solitudinem Scytin? 238
Macarius solicitatur, vt fiat Monachus. 238. 239
Macarii cum diabolo colloquium. 240. 249
Macarii varia miracula. 268. seq.
Macarius iuuat puellas. 271. 272
Macarius non verbis sed reipsa hæreticum refutat. 272
Macarius Ægyptius discipulus Antonii. 270
Macarius prædicit desolationem Sceteos. 245
Macarius quærit, vbi posuerit depositum? 246
Macarius pro vno vini poculo per diem aquam non bibebat. 248
Macarius non terreri potest a satana. 250
Macarius sanat puerum paralyticum. 250
Macarius vt patiens fuerit erga furem? 52
Macarius libenter audit sibi exprobrari sua peccata. 258
Macarius Deus terrestris. 258
Macarius cum cranio loquitur. 266
Macarii colloquium cum mortuo. 272
Macarius venit ad Antonium. 256. 243
Malitiam eiicere oportet ex mente.

mente. 111. 113
Malitia habitat sæpe in illis, qui sanctos se opinantur. 133
Malitia vt subdole sese habeat? 176
Vide Diabolus, Satanas, Peccatum.
Malorum causa sunt sibi ipsi homines. 83
Malum infirmitatum humanarum est absconditum. 139
Mandata Dei quomodo quiuis potest facere? 140
Mandata Dei implentur a nobis. 31
MandataDei qui accurate exequi putat, errat. 44
prona sunt quæ ad executionem mandatorum Dei pertinent. 47
Martyrium minorum peregrinorum. 263
Materialibus rebus non incumbendum. 234
Memoriæ quid tenendum? 265
Mentis perspicacia. 5
Mentis libertas. 187
Mentem hominum vis quædam obnubilat superne eam obtegens. 62
Mentis eleuatio. 108
Mercenarii in Christianismo. 221
Merces bonorum operum. 59
Meritum bonorum operum nullum. 188
Ministerii opus Christus an reprobauerit. 68
Molles in Christianismo. 221
Mors quomodo in insipidis hæreat? 98. 99
Mors perfringenda est. 89
Nors quid apud Paulum. 218
Mosis facies cognitionem diuinam in homine repræsentat. 211
Mosis fulgens facies. 72
Moses præbuit formam claritatis primi hominis. 72
Mosis formam præbuit corporum glorificatorum. 108
Moses quadraginta dies & noctes ieiunat. 108
Moses Pharaonem & Ægyptum superauit. 162
Mosis gloria est typus gloriæ Spiritus S. 164
Morbi corporis patienter ferendi. 233
per mulierem decepit Adamum satanas. 74
Mundatio perfecta. 1

N.

NAtura humana per se est impotens. 163
Naturæ humanæ restitutio. 229. 230
Nebuchodonosoris statua. 160
Negligentia *Vide* Piger Pigritia.
Noachi in diebus homines non volebant agere pœnitentiam. 118
Notitiam Dei & mysterium diui-

diuinorum sine Dei auxilio nemo habere potest. 129
Nuptiæ spirituales. 164
Nuptialis vestis quæ? 156

O.

OLeum Spiritus S. 124
Operationes Spiritus Sancti. 143. 144. 145.
Opus bonum nullum fraudatur mercede. 59
Opera bona non fieri debent propter laudem. 59
Opera ob vanam gloriam suscepta. 99
Opera gratiæ quæ? 85
Operibus bonis non acquiescendum? 12
Opera Dei verbo volentium obedire quæ? 70
Orandum indesinenter. 26. 27 30
Orandum est sine intermissione. 51. 52
Orandum omni studio & vigilantia. 53
Orandum quomodo? 53 54. 252
Orantes obtinent quæ petunt. 77
Orantes vt aliquando summa perfundantur voluptate 146
Orationis opus rite exercitum supra omnem virtutem excellit. 67
Orationis opus ministerio est præferendum. 68. 69
Orationis donum quibus detur? 204. 207
Ad Orationem faciendam sibi vim debet facere Christianus. 27
perseuerantia in oratione est vertex virtutum. 9
Orationi quæ debeant esse coniuncta? 9
Orationis assiduitas caput est omnis boni studii. 50
Orationis opus magna opus habet solicitudine. 50
Oratio cum quiete est opus gratiæ. 235
Ornatus Christianorum. 189
Os fugiendum est. 251

P.

PAphnutius discipulus Macarii. 257. 265
Patientiæ danda est opera. 196
Paradisus clausus. 74
Patriarchis quomodo adparuerit Deus? 116
Paulum circumfulgens lux. 214
Pauperes spiritu cui sunt similes? 17
Paupertatem suam nondum conuersus cogitare debet. 124
Paupertas spiritualis quæ? 157
Paupertatem spiritualem qui sentit felix est. 158
Paupertas spiritualis. 12
est rara. 17
Pax piorum. 144
Pec-

riginalis descriptio. 80
inhabitans abster-
n. 82
insultum aliquando
a orationem facien-
127. 128
habet latebras in
. 15. 19
s non tantum exter-
d & ab occultis pu-
ræstare oportet ani-
37
vt subrepat in ani-
ominis? 178
Vide Malitia.
m omnium imago
n. 94
tio vera in hoc mun-
æ? 234
quanam in re consi-
134. 231. 232
spiritualis qualis &
fit? 145. 146
nis methodus perci-
ex experientia. 130.
131
nem ante oculos qui
duo contingunt
ntissima. 63
nis persuasio quan-
amnum secum ferat?
175
nis persuasio tribus
damnum animæ im-
. 63
nem negantibus in
ianis quid debeat op-
poni? 62
Perfectio in spiritu. 33. 63
Perfectus omni ex parte nemo Christianorum est. 153
Perfectum quod a Spiritu gignitur quodammodo. 83
Perfectos se esse gloriantur superbi. 28
Ad perfectæ virtutis mensuram vnusquisque fide & amore potest venire. 33
Perfectos Christianos fieri docet Apostolus. 62
In Perfectis Deus requirit voluntatem. 130
Perfecti licet fuerint Apostoli, tamen retinuerunt libertatem. 130
Perfectus a Deo fit, qui perseuerat in bono. 30. 31
Perseuerantium paucitas. 95 96
Perseuerantes quinam sint? 97
Phantasmata satanæ quomodo sint dignoscenda a charismatibus spiritus? 96
Piger quinam Apostolo? 61
Pigræ animæ quæ? & quid ipsis contingat? 169
Pigritiam animæ corrigit Christus. 121. 122.
Pœnæ infernales diuersæ. 266
Pœnitentia non est differenda. 119
Ad Pœnitentiam ducit nos Dei longanimitas. 129
Præpositis fratribus quid sit faciendum? 41. 42
Primitias obtulit Abraham, & quid

quid hoc significet? 6
Principatus satanæ. 72
Promissis Dei adsequendis multis laboribus opus est & certaminibus. 96
Pueri tres statuam Nebuchodonosoris adorare non volentes. 160
Purgatio animæ est necessaria, vt gratia possit operari. 186
Purgatio cordis. 34
ad Puritatem refertur vniuersa scriptura. 135
Puritate cordis quando gloriandum? 135

R.

Rebus materialibus non incumbendum. 234
Regeneratio imaginem perfectionis habet. 82
Regeneratus potest sequi satanam. 84
Regnum cœlorum est omnibus rebus præferendum. 227
Regnum cœlorum non est facile parabile. 229
Requies Christianorum. 66. 67
Resurrectio mortuorum habebit certos gradus gloriæ. 87

S.

Sacrificium piorum. 6. 7
Saluando quid faciendum sit? 23. 254. 256. 257
Sanctificatio cordis. 34
Sancti in alterum seculum aliquando rapiuntur. 125
Sanctorum beatitudo in terra 160
Sanctis quomodo Deus apparuerit? 116
Sancti quam sint felices in terra? 159
Sanctis mundana sunt exosa. 164
Sancti superant alios homines sapientia.
Sanctus qui vere sit? 1. 132
Sanctorum facta in terris cœli incolis non sunt ignota. 161
Sancti possunt cadere. 83
Sapientes Græci rixis diditi. 129
Sapientiæ carnali est renunciandum. 136. 137
Sapientia vera vbi sit inuenienda? 136. 137
Satanæ certamen aduersus nos in quo præcipue consistat? 2. 3
Satanæ mors & suspendium. 45
Satanæ contentio & studium in quo vigilet? 47
Satanas princeps seculi declaratus. 72
Satanas fuit perculsus cum vidit faciem fulgentem Mosis. 72
Satanas est virga disciplinæ paruulis in Spiritu. 75
Satanas cur sæuire permittatur? 76
Satanæ imperium non tantum

ipsi est, quantum ipse vult. 76
Satanas non dominari potest homini, nisi ei aditum præbeat. 83
Satanæ transfiguratio. 85
Satanæ lumen quomodo a Dei lumine possit cognosci. 86
Satanas vt agat subdole. 176
Satanas ad tempus se solet abscondere. 179
Satanas obiicit peccata piis, vt eos ad desperationem adigat. 182
Satanas quotidie homini suggerit absurda. 182
Satanas omnibus fit omnia. 186
Satanas deiicit etiam animas fideles. 190
Satanæ cum Macario colloquium. 240. 248
Satanæ principatus. 72
Satanæ phantasmata, quomodo a Spiritus S. charismatibus sint dignoscenda? 86
Satanam vidit Macarius. 140
Satanæ colloquitur Macarius. 140
Vide Diabolus, Malitia
Scetis eremus Macarii, & qua occasione huc venerit? 238
Sceteos desolatio a Macario prædicta. 244. 245
Scriptura S. vniuersa refertur ad puritatem. 135
Securitas hominis Christiani. 11
Sermones spirituales, quinam cum aliis haberi possit? 40
Sermo malus bonos malos facit; & bonus malos bonos. 268
Signa Dei verbo obedire volentium. 70
Signa eorum, qui non faciunt fructum vitæ. 70
Simplicitas fundamentum fraternitatis. 60
Simplicitas debet exornare opera nostra. 8. 9
Sodomorum pœna ob impœnitentiam. 120
Sponsi & sponsæ mysteria 154
Simile a
cultura vineæ. 10
latronibus. 12
matre. 13
cubiculo regio. 14
cultore vineæ. 16
tyrone militiæ. 16
homine diuite. 17. 20
creditore. 18
sole. 19. 106
arbore. 19
ciuitate. 19
diuite. 20
fœtu. 20
ædificante. 20
semine. 20
mercatore. 20
itinerante. 21
præceptoribus. 42
fatuis virginibus 51
cultura vineæ. 56

iis qui indigni iudicati sunt promissa terra. 64
vulnere. 79
ferro ignito. 80
lapidibus. 81
ciuibus unius ciuitatis. 81
semine & frumento. 81
infante. 86. 82
vino & aceto. 86
animali. 80
infante. 89
critico. 94
homine regem videre desiderante. 95
fratre cum fratre inimicitias exerente. 98
incendio. 102
naufragio. 103
eruptione hostili. 103
nauibus. 104
grano frumenti. 105
surculo. 104
sole. 106
flore fœni. 107
metallis, auro &c. 117
amore coniugali. 118
ægrotis 123
amicis amicum in desperato morbo lugentibus. 123
oleo, quo unguntur. 124
oculo corporis. 126
vapore solem obtegente. 128
pane. 130. 131
homine sitiente. 132
homine, qui mel nunquam gustauit. 131
auaro. 137
eo, qui non bibit potionem dulcem. 137. 138
mendicis. 141
muliere viro nubente. 155
plenis vino. 156
terra. 162
palatio regio. 177
eo, qui plantat vineam. 179
eo, qui seminat frumentum. 179
infante. 179
corpore. 184
agricola. 196
colono. 190
Israelitis. 189. 190
figulo. 196
vase recenti. 197
cannabi. 197
puero. 197
martyribus. 198. 199
ab illis, qui intrant seplasiam. 288
a vi generatiua intus in hyeme latente. 216
hominibus noctu iter agredientibus. 218. 219
a modis variis parandi diuitias. 220
Spiritualis homo, quis & qualis? 145
Vide Sanctus.
Spiritualium potestatum impulsibus non statim est credendum. 84
Spiritus S. operatur in homine sanctificato. 192
Spiritus S. testimonium in nobis. 44
Spiritus S. est agricola animarum

rum nostrarum. 163
Spiritum S. qui accipere possit? 166
Spiritum S. qui habet, potest omnia mandata Dei exequi. 140
Spiritum S. qui habet, modo quodam perfectus est. 83
Spiritum S. qui habent mensuras perfectionis inscendunt. 124
Spiritus S. lætitia. 50. 51
Spiritus S. effectus & operationes in piis. 143. 144
Spiritus S. orat & lacrymat in nobis. 150. 151
Spiritus S. effusus in apostolos. 151
Sine Spiritu S. nemo potest intelligere diuinam voluntatem. 155
Reformatio per Spiritum S. possibilis. 67
Spiritus fructus cum Spiritu S. habet apud se homo. 145
Spiritus sancti illuminatio. 211. 212. 213
Spiritus probandi. 85
Statuam Nebuchodonosoris tres pueri non adorare voluerunt. 160
Status Spiritualis cum palatio regio comparatus. 177
Superbia Spiritualis vitanda. 14. 15. 60. 137
Superbi Spiritualiter in peccatum incidunt 134

T.

Tentationes Diabolicæ limitatæ 76
Tentationes Diaboli constanter sunt ferendæ. 200. 201
Tentationes subeundæ piis sunt semper. 195
Tentationes animæ quæ? 209
Tentationes satanæ sunt innumerabiles. 225
Tentationes, cur immittantur piis? 226
Tentatio Christi a Diabolo. 91
Vide Afflictio.
Terra promisionis quid significet? 65
Theopemtus amicus Satanæ. 141
Thesaurus noster in vasis fictilibus quinam? 140
Timoris Dei expers suam quærit gloriam. 45
Torpor in Christianismo. 221
Torporem animæ corrigit Christus. 121. 122.
Tumor spiritualis. 18
Vide Superbia.

V.

Vestis nuptialis quæ? 156
Viduam lacrimantem vt Macarius iuuerit? 245. 246
Vim sibi accersurus ad Deum inferre sibi debet ad bonum. 28
Vinculum animæ lapsæ. 222

Vineæ cultura. 10
Virgines fatuæ. 9
cur ita dictæ? 55
Virgines fatuæ ob confidentiam in iustitiam ptopriam sunt exclusæ. 112
Virgines prudentes intromissæ in thalamum. 111
Virtutes omnes facile exercet Christianus. 57
Virtutis ad studium cogere se debet pius. 203. 204. 205. 206
Virtutes omnes inuicem cohærent. 7. 47
Visiones sunt discernendæ. 85
Visiones obiectæ aliquando fuerunt Christianis. 133. 134
Vita vera, quæ? 2
Vita æterna viuit anima pia iam in hoc seculo. 123
Vita æternæ prægustus in sanctis. 125. 153
Vita sancta & doctrina simul stare debent. 235
Vitia cohærent. 8. 48
Vitium & virtus non debent simul seri. 36
Voluntati hominis est adscribendum quod ipse pereat. 102. 103
Voluntas Dei, quæ sit? 34
Voluntas Dei omnes homines saluandi. 21
Voluntas Dei, quomodo fiat? 61
Voluptate perfunditur homo pie orans. 147

INDEX II.

INDEX II.

Locorum Scripturæ, quæ in his opuſculis obiter explicantur.

Gen.	III, 24.	p. 75.
	IV, 4.	p. 49.
	IV, 12.	p. 94.
Lev.	XIX, 19.	p. 36.
Deut.	XXII, 10. 11.	p. 36.
Pſalm.	IV, 7.	p. 214.
Pſalm.	XII, 4.	p. 214.
Pſalm.	XIII, 3.	p. 214.
Matth.	VI, 10.	p. 61.
Luc.	VI, 26.	p. 38.
	X, 36.	p. 67.
	XVII, 21.	p. 50.
Actor.	IX, 3.	p. 214.
Rom.	V, 14.	p. 73.
Rom.	VII, 24.	p. 218.
I. Cor.	II, 15.	p. 166.
I. Cor.	XIII, 7.	p. 39.
II. Cor.	III, 7.	p. 212.
II. Cor.	IV, 6.	p. 214.
II. Cor.	IV, 7.	p. 139.
II. Cor.	V, 18.	p. 213.
II. Cor.	VII, 1.	p. 184.
Ebr.	III, 12.	p. 65.
	III, 16.	p. 65.
	III, 17.	p. 64.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ

ΜΑΚΑΡΙΟΥ

ΤΟΥ ΑΙΓΥΠΤΙΟΥ

ΟΜΙΛΙΑΙ.

Sancti Patris

MACARII

ÆGYPTII

HOMILIÆ.

IO. GEORGIVS PRITIVS

Textum Græcum accurate reuidit, & in ſectiones diſpeſcuit, Latinamque verſionem quamplurimis in locis emendatiorem magisque perſpicuam reddidit, adnotatis vbique, ad quæ prouocatur, ſcripturæ ſacræ dictis.

LIPSIÆ,

In Bibliopolio

GROSSIANO.

ANNO M DCC XIV.

VIRO
Illustri Excellentissimoque,
IO. ERNESTO
a Schönleben/
SERENISSIMI PRINCIPIS ANHALTINO-SERVESTANI,
CAROLI
GVILIELMI,
CANCELLARIO, CONSILIARIO INTIMO ET SACRI CONSISTORII PRÆSIDI,
EMINENTISSIMO,
Patrono singulari,
Macarium, sanctissimum Patrem, atque seipsum
obsequiosissimo cultu & studio offert
IO. GEORGIVS PRITIVS.

QUum DEI
singulari
simi CA
ELMI, su
iussu & au
men etiam consiliis, Lip
omnium patria, ad Serue
abitum meditarer, adduc
existimaui comitem ver
carium illum Ægyptiur
ecclesiæ christianæ, p
laude, & viua rerum spi
tia, incomparabilem. Q
mus, qui, nisi diuinorur
a Spiritus sancti gratia fu
particeps factus, de exc
mæ præstantia, de lapsu
rimo, de extrema homi

gratiæque a natura diſtinctione, vniuerſaque ſalutis noſtræ œconomia ſolidius ſcripſerit, quam veteranus ille inter Chriſti Saluatoris miniſtros, Macarius? Tantum virum quod in hoſpitium deducam, niſi ad Te, Vir Excellentisſime? quippe qui pro inuſitata rerum diuinarum, qua polles, peritia, es vnus omnium maxime ad exiſtimandum idoneus, quodnam ſit tam eximiis animabus ſtatuendum pretium? Quod, qui nouerit, quam & cupide calideque olim noſtris ſacris dederis operam, quam amplas interioris ſapientiæ diuinæ poſſideas facultates, quam & morum præſtes ſingulari integritate, quantoque amore in pietatem ſinceram eiusque cultores feraris, iuxta mecum agnoſcet libenter & prædicabit. Mihi vero & iſta ratio fuit in clientelam tuam tradendi diuinum Macarium noſtrum, noſtris qualibuscunque vigiliis nunc paulo politius prodeuntem in publicum, vt me quoque hac ratione ſiſterem Tibi, Vir Illuſtris, ad perpetua ſeruitia; ac aliquod extet grati animi erga Te documentum, cui imprimis refero acceptum, quod apud Serueſtanos veſtros & in eccleſia & in cathedra publica ea tra-

dendi concessa mihi sit facultas, quæ populo christiano & studiosæ iuuentuti possint esse ad vitam christianam recte ingrediendam atque colendam; ac ad veram eruditionem comparandam, necessaria & vtilia; quo vitæ ego genere maxime omnium iam a multis annis vehementer delector. Recipe igitur, Vir Illustris, hospitem hunc nouum ea fronte, qua ad suauissimam humanitatem, dotem Tibi a natura fauenter impertitam, & elegantissima viuendi ratione plurimum auctam, compositus, non doctos tantum, sed præsertim pietatis cultores, ad conspectum tuum benignissime admittis. Recipe & me in favorem, qui enixim in id connitar, vt quibus muneribus tuo beneficio præficior, satisfaciam semper, & de cetero quibuscunque possim officiis, ad Te, Vir eminentissime, ornandum sim paratissimus. Vale. Lipsiæ in abitu meo Cal. Octobr. A.O.R. cIↄ Iↄc XCVIII.

LECTO-

LECTORI BENEVOLO SALVTEM DICIT

Io. GEORGIVS PRITIVS,

SS. Theologiæ Licentiatus & Professor Publicus.

Diulgamus hic, quod Deus faustum esse iubeat, in ecclesiæ veræque pietatis studiosorum vtilitatem, Macarii, patrum antiquissimi, Homilias, rebus optimæ frugis diuinissimaque mysteria complexis, refertissimas. De qua noua editione vt lectori paulo accuratius constet, erunt aliqua, licet breuissimis, præmittenda, antequam ad lectionem libri vtilissimi admittatur. Editionem, vt adparet, Francofurtanam, quam Zacharias Palthenius anno seculi superioris nonagesimo quarto adornauerat, repetiuimus quidem; sed vt paulo comtior tamen prodiret, elaborauimus. Nam Græcum textum accurato studio reuisimus; sublatis hinc inde mendis, quæ in priorem editionem irrepserant. Vbi quidem in vo-

tis nobis fuiſſet, vt ad manus nobis codex extitiſſet manu exaratus; quum alicubi ſatis esſet manifeſtum, lectionem libri excuſi in vitio cubare. Multis id locis poſſet oſtendi; ſed vnum ſaltem ſpeciminis loco adferre ſufficiat. Homilia X. p. 221. editionis Francofurtanæ nullo ſenſu legitur ἐκπεινεῖ καὶ ἐκδιψᾷ ὑπάρχουσι, in quorum verborum locum repoſuimus ἐν πείνῃ καὶ δίψῃ ὑπάρχουσι. Quamuis nec minus congruenter legi posſit ἔκπεινοι καὶ ἔκδιψοι, quæ verba paulo poſt in ipſo quoque contextu occurrunt. Vbi ergo & manifeſtum fuit, verba Auctoris eſſe corrupta, & manifeſta quoque emendationis ratio patuit, tentauimus Auctorem ſibi reſtituere. Aliquibus vero in locis Cotelerii diligentia nobis inſeruiit, ex manuſcriptis codicibus, in eccleſiæ Græcæ Monumentis, quæ Pariſiis lucem adſpexerunt, ſubinde variantes lectiones adnotantis, quas vel in textum recepimus, vel ad latus adnotauimus. Latina verſio miſerrime omnino ſe habebat, adeo quidem, vt multis in locis fœda ſtribligine & barbariſmis horreret; nec ſæpisſime verum Macarii ſenſum exprimeret. Dedimus igitur operam, tum vt paulo magis Latinus ſit interpres, tum vt fidelius, quæ ſenſerit ipſe Auctor, ſuo ſermone exhibeat. Quanquam

nec

nec sic quidem possimus spondere, nihil superesse in versione amplius, quod emendari mereatur; quum sit difficillimum, quæ peccata sunt ab aliis, ita plene sustollere, vt nullus amplius næuus adpareat. Ac mihi quidem facilius longe videbatur fore, nouam concinnare versionem, quam veterem illam tot locis incongruam, & male auctoris menti respondentem, corrigere. Textum in sectiones dispescuimus, interpretem Germanicum ea in re secuti; vt videlicet, qui Germanicum idioma cum Græca Auctoris oratione conferre cupiant, quod quærunt faciliori negotio inuenire possint, nec ceteroquin aliqua oriatur exinde confusio. Quamuis non negemus, si nostra libertate vti hic nobis datum fuisset, aliam nos haud infrequenter distinguendi rationem fuisse secuturos. Argumenta Homiliis ipsis præmissa retinuimus quidem, quamuis non ipsius sint Macarii, sed alterius cuiusdam auctoris, inepte sæpius Macarii mentem in summa proponentis, Auctoremque ipsum, non raro a se ne intellectum quidem, intempestiua notantis censura. Non diffitemur interim, Homiliarum summam succinctius multo accuratiusque referri potuisse. Index denique multis in locis auctior redditus & ordinatior factus est. Vt nunc quidem sperare

)(5 lice-

liceat, sanctissimi Patris labores insigni cum fructu a studiosorum manibus teri posse. Quæ vero ad ipsius Macarii patriam, genus, vitæ rationem, scribendi modum, summamque, quanta cogitari potest, rerum diuinarum intelligentiam, aliaque multa pertinent, de iis prolixius tum sumus dissertaturi, quum Macarii opuscula, a Petro Possino, e societate Iesu viro, ante annos aliquot Tolosæ e manuscriptis primum nobis exhibita, Homilias has consequi iubebimus. Interim valeat Lector, & quæ promisimus iam iam, propediem nos exsoluturos esse, certissime sibi persuadeat. Properabam Lipsiæ, ineuntibus nundinis auctumnalibus, anni reparatæ salutis CIↃ IↃC XCVIII.

HOMI-

MILIARVM B. MACARII SINGVLARVM

Argumenta.

PAG.
erpretatio allegorica visionis apud Ezechielem descriptæ. 1
regno tenebrarum, hoc est peccato: & hominem solius Dei beneficio liberari ab eo. 22
e quieta fratrum inter se conuersatione, & prælio interiori. 29
ua ratione promouendū in vita Christiana. 37
uantum discrepet vita Christianorum a reliquorum hominum vita. 72
e modo precandi. 90
De clementia Christi erga homines: continet etiam responsiones ad quasdam interrogationes, forte curiosas. 99
De his quæ contingunt Christianis interorandum. 106
romissiones ac prophetias diuinas per varios successus, & tentationes, impleri: & soli Deo adhærendo liberari nos ab infestationibus dæmonum. 113
umilitate & alacritate retineri & augeri dona gratiæ diuinæ: superbia autem & ignauia perdi. 126
Virtutem sancti Spiritus in corde hominis se habere instar ignis. 132
De statu Adæ post imaginem Dei perditam. 151

XIIII.

ARGVMENTA

XIII. Quem fructum a Chriſtiano Deus exigat.
XIV. Qui ſe dedicant Deo, non ſine ſpe remun
tionis id facere.
XV. Quam ſancte & caſte ſe gerere debeat an
Chriſtiani erga Chriſtum ſponſum ſuum
XVI. Spirituales homines obnoxios eſſe tent
nibus & afflictionibus; quarum orig
primum peccatum.
XVII. De Chriſtianorum vnctione ſpirituali,
gloria.
XVIII. De theſauro Chriſtianorum, qui eſt C
ſtus & Spiritus ſanctus, variis modis
ercens eos ad perfectionem aſſequ
dam.
XIX. Chriſtianus proficere volens, ad omne
quod bonum eſt, ſe vi compellere debet.
XX. Solus Chriſtus ſanauit animam, quam or
mento gratiæ ſuæ veſtiuit.
XXI. Homini Chriſtiano duplex incumbit bell
externum & internum.
XXII. De duplici ſtatu decedentium.
XXIII. Hi ſoli diadema regium geſtare poſſu
qui ſunt e ſemine regio.
XXIV. Chriſtianorum ſtatus, mercaturæ & f
mentationi ſimilis eſt.
XXV. Per inobedientiam redacti ſumus in ſerui
tem, a qua per myſterium crucis libe
mur: item de lacrymarum & ignis di
ni efficacia.
XXVI. De dignitate, facultate, & operationi
animæ: & qua ratione tentetur a Diab
lo, & ab eo liberetur.

XXVII. I

HOMILIARVM.

I. Dignitatem & statum hominis Christiani prosequitur, eiusq; liberum arbitrium; permixtis interim vtilibus quæstionibus. 367
III. Describit ac deplorat calamitatem animæ, in qua propter peccatum non habitat Christus. 394
. Duplici ratione gratiam suam largitur Deus: cuius fructum tandem iusto iudicio repetit. 401
Ex Spiritu sancto renasci debet anima Dei regnum ingressura: & qui hoc fiat. 411
I. Fidelis animo mutari debet, & in Deum colligere cogitationes omnes, a quibus vere dependet obsequium diuinum. 422
II. Gloria Christianorum modo latet in animis eorum, quæ resurrectionis tempore emerget, & illustrabit corpora, pro suo quæque modo. 430
III. Quam attente diligenterque precandum sit. 443
IV. De gloria Christianorum illis non ignota. 447
V. De sabbato antiquo & nouo. 452
VI. Diuersa est resurgentium gloria. 455
VII. De paradiso & lege spirituali. 457
VIII. Exacto opus est iudicio in discernendis veris Christianis, & quinam sint illi. 470
IX. Ad quid Scriptura diuina nobis donata est a Deo. 475
Virtutum inter se colligatio, itidem vitiorum. 477
Quam profunda sint animæ penetralia, quæ pau-

paulatim incrementa gratiæ, aut vitiorum accipit. 485
XLII. Non externa, ſed interna, promovent aut lædunt hominem: veluti Spiritus gratiæ, aut Spiritus nequitiæ. 488
XLIII. De progreſſu viri Chriſtiani, cuius tota vis dependet a corde, vt hic varie deſcribitur. 491
XLIV. Quantam in homine Chriſtiano mutationem, ac renovationem faciat Chriſtus, qui morbos animæ ſanauit. 502
XLV. Nullis artibus aut operibus huius mundi, ſed ſolo Chriſti aduentu ſanatum eſſe hominem: cuius magnam cum Deo cognationem refert hæc Homilia. 513
XLVI. De differentia inter verbum Dei, & verbum mundi: & inter filios Dei, & filios huius mundi. 523
XLVII. Explicatio allegorica quorundam ſub lege factorum. 530
XLVIII. De perfecta fide in Deum. 547
XLIX. Non ſatis eſt huius ſeculi delicias reliquiſſe, niſi quis alterius ſeculi beatitudinem conſequatur. 554
L. Deus eſt, qui per ſanctos ſuos & creaturas edit miracula. 561

Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Μακαρίου τοῦ αἰγυπτίου ὁμιλίαι πνευματικαὶ, πάνυ πολλῆς ὠφελείας πεπληρωμέναι, περὶ τῆς ὀφειλομένης καὶ σπουδαζομένης τοῖς χριστιανοῖς τελειότητος.

Sancti Patris nostri Macarii Ægyptii Homiliæ spirituales, permagna vtilitate refertæ, de integritate, quæ decet Christianos, cuique operam dare debent.

ΟΜΙΛΙΑ α΄.

Ἀλληγορικὴ παράφρασις τῆς παρὰ τῷ Ἰεζεκιὴλ τῷ Προφήτῃ γεγραμμένης ὀπτασίας.

§. I.

HN Ἐζεκιὴλ Προφήτης ὀπτασίαν καὶ ὅρασιν ἔνθεον καὶ ἔνδοξον θεωρήσας, διηγήσατο· καὶ ἀνέγραψεν ὀπτασίαν μυστηρίων ἀλαλήτων γέμουσαν. εἶδε γὰρ ἐν τῷ πεδίῳ ἅρμα χερουβεὶμ, τέσσαρα ζῶα πνευματικά· ἐν ἑκάστῳ ζώῳ τέσσαρα

Homilia I.

thronus nostræ mentis est diuinitas & Spiritus. Similiter quoque satanas, & potestates, & principes tenebrarum post transgressionem mandati, insederunt cor & mentem, & corpus Adæ tanquam thronum proprium. Propterea ergo venit Dominus, & assumsit ex virgine corpus. Si enim in sola diuinitate descendere placuisset, quis potuisset sufferre? Verum per organum corporis loquebatur cum hominibus. Quapropter spiritus malitiæ, qui insedebant corpus, extrusit e thronis intellectus & cogitationum, quos inhabitabant; & expurgauit conscientiam Dominus, & sibi thronum parauit mentem, & cogitationes, & corpus.

ὁ θρόνος τοῦ νοῦ, ἡ θεότης ἐστὶ, καὶ τὸ πνεῦμα. ὁμοίως δὲ καὶ ὁ σατανᾶς, καὶ αἱ δυνάμεις, καὶ οἱ ἄρχοντες τοῦ σκότους ἀπὸ τῆς παραβάσεως τῆς ἐντολῆς ἐνεκάθησαν εἰς τὴν καρδίαν καὶ εἰς τὸν νοῦν, καὶ εἰς τὸ σῶμα τοῦ Ἀδὰμ, ὡς εἰς θρόνον ἴδιον. λοιπὸν οὖν διὰ τοῦτο ἦλθεν ὁ κύριος, καὶ ἔλαβεν ἐκ τῆς παρθένου τὸ σῶμα· εἰ γὰρ ἠθέλησε γυμνῇ τῇ θεότητι κατελθεῖν, τίς ἠδύνατο ὑπενεγκεῖν; ἀλλὰ διὰ τοῦ ὀργάνου τοῦ σώματος ἐλάλει τοῖς ἀνθρώποις. λοιπὸν οὖν τὰ πνεύματα τῆς πονηρίας, ἃ ἐνεκαθέζοντο εἰς τὸ σῶμα, καθεῖλεν ἀπὸ τῶν θρόνων, τῶν νοημάτων καὶ τῶν λογισμῶν οἷς ἐνεπολιτεύοντο, καὶ ἐκαθάρισε τὴν συνείδησιν ὁ κύριος, καὶ ἑαυτῷ θρόνον ἐποίησε τὸν νοῦν καὶ τοὺς λογισμοὺς, καὶ τὸ σῶμα.

Interrogatio?

Matth. XIX, 28. §. VI. *Quid igitur est, quod dixit, sedebitis super duodecim thronis, iudicantes duodecim tribus Israel?*

Ἐρώτησις.

§. VI. Τί οὖν ἐστιν ὃ εἶπε, καθήσεσθε ἐπὶ δώδεκα θρόνους, κρίνοντες τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ;

Responsio.

Hoc inuenimus impletum

Ἀπόκρισις.

Τοῦτο εὑρίσκομεν ὅτι ἐπὶ

ἐπὶ τῆς γῆς ἐγένετο, ὅτε ὁ κύριος ἀνελήφθη εἰς τοὺς οὐρανούς· ἔπεμψε γὰρ τὸ πνεῦμα τὸ παράκλητον εἰς τοὺς δώδεκα ἀποστόλους, καὶ τὴν ἁγίαν δύναμιν, ἥτις ἐλθοῦσα κατεσκήνωσε, καὶ ἐνεκάθισεν εἰς τοὺς θρόνους τῶν νοημάτων αὐτῶν· ἐπεὶ δὲ οἱ παρεστηκότες εἶπον, ὅτι οὗτοι γλεύκους εἰσὶ μεμεστωμένοι, λοιπὸν ἤρξατο Πέτρος κρίνειν αὐτοὺς λέγων περὶ τοῦ Ἰησοῦ, ὅτι ἄνδρα δυνατὸν ἐν λόγοις καὶ σημείοις ὑμεῖς ἐσταυρώσατε, κρεμάσαντες ἐπὶ ξύλου. καὶ ἰδὲ ἐκεῖ ποιεῖ θαυμάσια, διαῤῥήσσει τοὺς λίθους τῶν μνημείων, καὶ ἐγείρει τοὺς νεκρούς· γέγραπται γὰρ, ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα, καὶ προφητεύσουσιν υἱοὶ ὑμῶν καὶ αἱ θυγατέρες ὑμῶν. εἰς μετάνοιαν οὖν ἦλθον κατηχηθέντες ὑπὸ τοῦ Πέτρου πολλοὶ, ὥστε γενέσθαι κόσμον καινὸν ἐκλεκτὸν θεοῦ.

§. VII. Ὁρᾷς πῶς ἐφάνη ἀρχὴ κρίσεως· ἐκεῖ γὰρ ἐφάνη κόσμος καινός· ὧδε γὰρ ἐδόθη αὐτοῖς ἐξουσία καθεσθῆναι ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ, καὶ κρῖναι.

esse in terris, quando Dominus assumtus est in cœlos. Misit enim Spiritum consolatorem in duodecim apostolos, & virtutem sanctam; quæ adueniens tentoria posuit, & sedit in thronis mentium ipsorum. Quia autem, qui adstiterunt, dicebant, musto repletos esse, inde cœpit Petrus iudicare eos, dicens de
Iesu, *virum potentem & Act. II,*
verbis & prodigiis, vos cruci- 23.
fixistis, suspendentes de ligno. Et ecce illic mirabilia facit, disrumpit lapides monumentorum & suscitat mortu-
os. Scriptum enim est, *in Ioel. II,*
nouissimis diebus effundam de 28.
Spiritu meo super omnem car- Act. II,
nem, & prophetabunt filii 17.
vestri & filiæ vestræ. Quocirca multi a Petro instructi, ad pœnitentiam redierunt, vt fieret mundus nouus isque electus a Deo.

§. VII. Vides ergo quomodo apparuit initium iudicii; illic enim apparuit mundus nouus. Hic enim illis data est potestas sedendi in hoc mundo & iudicandi.

Et licet futurum sit, vt sedeant, & faciant iudicium in aduentu Domini, in resurrectione mortuorum; tamen hic quoque id fit, Spiritu sancto sedente in thronis mentium ipsorum. Verum nec diademata, quæ christiani in futuro seculo acceptuti sunt, sunt creaturæ, & qui hoc dicunt, absurdum asserunt: verum hæc Spiritum transformatum ostendunt. Quid enim dicit apostolus Paulus
Gal. IV, 26. de Ierusalem cœlesti, *illam matrem esse nostrum omnium, quacum vna confitemur?* Vestem autem, quam gestant christiani, quod attinet, Spiritus videlicet amicit illos in nomine Patris & Filii, & Spiritus sancti, in secula. Amen.

καίτοι μελλόντων αὐτῶν καθέζεσθαι καὶ ποιεῖν κρίσιν ἐπὶ τῆς παρουσίας τοῦ κυρίου ἐν τῇ ἀναστάσει τῶν νεκρῶν, καὶ ὧδε γίγνεται, τοῦ ἁγίου πνεύματος καθεσθέντος ἐν τοῖς θρόνοις τῶν νοημάτων αὐτῶν. ἀλλὰ καὶ τὰ διαδήματα ἅπερ λαμβάνουσιν οἱ χριστιανοὶ ἐν ἐκείνῳ τῷ αἰῶνι, οὐκ εἰσὶ κτίσματα. καὶ οἱ λέγοντες, κακῶς λέγουσιν. ἀλλὰ ταῦτα τὸ πνεῦμα μεταμορφούμενον ὑποδεικνύει· τί λέγει ὁ ἀπόστολος Παῦλος περὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ τῆς ἐπουρανίου, ὅτι αὐτή ἐστι μήτηρ πάντων ἡμῶν, ἣ συνομολογοῦμεν. περὶ δὲ τοῦ ἐνδύματος, ὃ φοροῦσιν οἱ χριστιανοί, δηλονότι αὐτὸ τὸ πνεῦμα ἀμφιάζει αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

ΟΜΙΛΙΑ ζ.

...ερὶ τῆς χρηστότητος
...ς Χριστοῦ πρὸς τὸν ἄν-
...ρωπον. Συνέχει καὶ ἡ
...μιλία ζητήσεις καὶ ἀ-
ποκρίσεις τινάς.

§. I.

Ὥσπερ ἐάν τις εἰσ-
έλθῃ εἰς οἴκους
βασιλικοὺς, καὶ
...ῃ τὰς ἐκεῖ ἱστορίας,
...ὶ τὰ κάλλη, ἀλλα-
...οῦ θησαυροὺς ἀποκει-
...ένους, καὶ ἀλλαχοῦ ἄλ-
...α, καὶ ἀνακλιθῇ με-
...ὰ τοῦ βασιλέως, καὶ
...αρατεθῇ αὐτῷ ἐδέ-
...ματα καὶ πόματα ἥ-
...ιστα, καὶ ἀπολαύῃ
...αντοίως εἰς τὰς θεω-
...ας καὶ τὰ κάλλη·
...ὰ ταῦτα δὲ ἀποσπα-
...ῇ ἐκεῖθεν, καὶ εὑρεθῇ
...ς δυσώδεις τόπους ἀπ-
...χθείς· ἢ ὥσπερ ἐὰν
...ς ὡραιοτέρα κόρη, καὶ
...φωτέρα, καὶ πλουσιω-
...ρα ὑπὲρ πάσας, λάβῃ
ἄνδρα πτωχὸν, τα-
...νὸν, καὶ δυσειδῆ, ἐν-
...δυμένον ῥακώδη, καὶ
...κδύσῃ αὐτὸν τὰ ῥυ-
...ρὰ ἐνδύματα, καὶ
...δύσῃ βασιλικὴν ἐσθῆ-
..., καὶ ἐπιθῇ αὐτῷ διά-
...μα, καὶ γένηται αὐτῷ
...ινωνὸς, λοιπὸν ὁ ἐρ-

Homilia VII.

De Clementia Christi erga hominem. Continet etiam Homilia interrogationes & responsiones quasdam.

§. I.

Qvemadmodum, si quis ingressus domos regias, contempletur illic depictas historias & omnem ornatum, alia in parte thesauros reconditos, & alia in parte alia: & accumbat cum rege, eique apponantur esculenta & poculenta suauissima, & fruatur cum delectatione omnimodo hac contemplatione & splendore; postmodum autem abstrahatur inde, & in loca graueolenta abreptus inueniatur: Aut quemadmodum si puella quædam, ceteris omnibus longe formosior, sapientior, ac locupletior, accipiat virum pauperem, humilem, & deformem, pannis dilaceratis obsitum; & exutum sordida veste induat veste regia, ac imposita corona fiat ei coniunx: tandem pauper ille in-

buit alterius seculi, aliusque cibi suauissimi: ostendit illi gloriam & delicias regias, ineffabiles, cœlestes. Et tandem ille, dum confert illa spiritualia cum iis, quæ sunt huius seculi, omnia hæc reiicit; siue regem adspiciat, siue potentes, siue sapientes, thesaurum cœlestem intuetur. Siquidem enim Deus charitas est, accipit cœlestem ac diuinum ignem Christi, & hoc fruitur, ac lætitia afficitur, & illic deuinctus hæret.

Interrogatio?

§. II. *Vtrum satanas sit cum Deo tam in aëre quam in hominibus.*

Responsio.

ταπεινῷ α
ησεν· ἐγει
λυ αἰῶνο
φῆς ἡδυτ
αὐτῷ δόξα
βασιλικὰ
ράνια· καὶ
κρίνων ἐκε
ματικὰ τ
τούτου, πά
εἴτε βασιλ
δυνάστας, ε
σαυρὸν τὸν
βλέπει· ἐπ
ὁ ἀγάπη
τὸ οὐράνιον
τοῦ Χριστοῦ,
ἐχάρη, καὶ
δεδεμένο

Ἐρ

§. II.
σατανᾶς τ
τῷ ἀέρι, ε
θρώποις;

Ἀπ

οὔτε μιαίνεται· ἐπέτρεψε δὲ εἶναι τὸ κακὸν εἰς γυμνασίαν τῶν ἀνθρώπων· πλὴν τὸ κακὸν ἐσκότωται καὶ τετύφλωται, καὶ οὐ δύναται ἰδεῖν τὸ καθαρὸν καὶ ἁπλοῦν τοῦ Θεοῦ. εἰ δὲ λέγει τις, ἴδιον τόπον ἔχειν τὸν σατανᾶν, καὶ ἴδιον τὸν Θεὸν, ποιεῖ αὐτὸν καὶ περιγραπτὸν εἰς ἐκεῖνον τὸν τόπον ἔνθα κατοικεῖ ὁ πονηρός· πῶς δὲ λέγομεν τὸ ἀγαθὸν ἀπερίγραπτον εἶναι, καὶ ἀκατάληπτον, καὶ τὰ πάντα ἐν αὐτῷ εἶναι, καὶ μὴ μιαίνεσθαι τὸ ἀγαθὸν ὑπὸ τοῦ κακοῦ; μὴ γὰρ, ἐπειδὴ ὁ οὐρανὸς καὶ ὁ ἥλιος καὶ τὰ ὄρη ἐν αὐτῷ εἰσι τῷ Θεῷ, καὶ δι' αὐτοῦ συνέστηκε; μὴ καὶ αὐτὰ Θεὸς ἐγένετο; τὰ δημιουργήματα εἰς τὴν ἰδίαν τάξιν πέπηκται, καὶ ὁ δημιουργὸς ὁ συνὼν τοῖς κτίσμασι, Θεός ἐστιν.

Ἐρώτησις.

§. III. Ἐπειδὴ ἡ ἁμαρτία μεταμορφοῦται εἰς ἄγγελον φωτὸς, καὶ παρομοία τῆς χάριτός ἐστι, πῶς ἂν νοήσῃ ὁ ἄνθρωπος τὰς μεθοδείας τοῦ διαβόλου, καὶ πῶς δέξεται καὶ διακρινεῖ τὰς τῆς χάριτος;

nec polluitur. Permisit autem Deus malum, ad exercitium hominum. Verum malum illud obtenebratum & occœcatum est, nec potest videre puritatem & simplicitatem Dei. Si vero quis dicat, proprium locum habere satanam, proprium quoque Deum, circumscriptum eum facit, vsque ad eum locum, vbi habitat nequam. Quomodo ergo dicimus, bonum incircumscriptum esse, & incomprehensibile, & omnia in eo esse, nec infici bonum a malo? Numquid enim, siquidem cœlum, & sol, & montes in Deo ipso sint ac per eum consistant, & ipsa sunt Deus? Opificia quælibet suo ordine constructa sunt, & opifex, qui illis adest, Deus est.

Interrogatio?

§. III. *Cum peccatum in angelum lucis transformetur, & simile sit gratiæ, quo pacto cognoscet homo insidias diaboli? & quo pacto suscipiet & discernet semitas gratiæ?*

Responsio.

Ea quæ ſunt gratiæ, plena ſunt lætitiæ, pacis, dilectionis & veritatis. Hæcce veritas impellit hominem ad inquirendam veritatem. Sed peccati ſpecies ſunt turbulentæ, nec lætitiam aut dilectionem erga Deum habent. Quemadmodum enim intybus ſimilis eſt lactucæ, hæc quidem dulcis, illa vero amara. In ipſa etiam gratia quædam ſimilia ſunt veritatis, & quidem ipſa eſt ſubſtantia veritatis. Veluti eſt ſplendor ſolis & circulus ipſe, & aliter ſplendor apparet, aliter lumen, in circulo repoſitum. Sit lucerna in domo, alius eſt ſplendor vbique refulgens, & aliud eſt lumen in ipſa lucerna ſplendidius & elegantius. Sic ſunt quædam, quæ a gratia manant, quando ea procul a ſe, tanquam viſiones quaſdam, intuetur homo, eorum viſionibus delectatur & fit alius, quando in eum ingreſſa potentia Dei, detinet membra & cor eius, ac captiuam illius mentem red-

Ἀπόκρισις.

Τὰ τῆς χάριτος χαρ
ἔχει, εἰρήνην ἔχει, ἀγάπ
ἔχει, ἀλήθειαν ἔχει. αὐτ
ἡ ἀλήθεια ἀναγκάζει τ
ἄνθρωπον ἀλήθειαν ἐπ
ζητεῖν· τὰ δὲ τῆς ἁμαρτία
εἴδη ἐστὶ τεταραγμένα,
οὐκ ἔχει ἀγάπην καὶ χα
ρὰν πρὸς τὸν Θεόν. ὥσπ
γάρ ἐστιν ἡ πικρὶς ὁμοί
τῆς θρίδακος, τὸ μὲν
γλυκὺ, τὸ δὲ ἐν πικρ
καὶ ἐν αὐτῇ δὲ τῇ χ
ριτί ἐστιν ὅμοια ἀληθ
ας, καὶ ἔστιν αὐτὴ ἡ ὑπ
στασις τῆς ἀληθείας. οὐ
ἐστιν ἡ αὐγὴ τοῦ ἡλίου, κ
αὐτὸς ὁ κύκλος, καὶ ἄ
λως ἡ αὐγὴ φαίνει, κ
ἄλλως τὸ φῶς, τὸ ἀπ
κείμενον ἐν τῷ κύκλῳ· ἢ
λύχνος ἅπτων εἰς οἶκο
ἄλλη ἐστὶν ἡ αὐγὴ ἡ πα
ταχοῦ λάμπουσα, καὶ ἄ
λο ἐστὶ τὸ φῶς τὸ ἐν αὐ
τῷ λύχνῳ λαμπρότερ
καὶ φαιδρότερον. οὕτ
ἐστί τινα τῆς χάριτος, ὅ
μακρόθεν αὐτοῦ ὡς ὁρ
σεις τινὰς βλέπει ὁ ἄνθ
πος, καὶ χαίρει εἰς α
τὰς τὰς ὁράσεις, καὶ ἔ
ἄλλος, ὅτε εἰσέρχετ
εἰς αὐτὸν ἡ δύναμις
Θεοῦ, καὶ κατέχει αὐτοῦ
μέλη καὶ τὴν καρδίαν, κ
αἰχμαλωτίζει τὸν

dit in amorem Dei. Quando *Act.*
Petrum comprehensum in *XII, 3. 8.*
carcerem detruserunt, cumque carcer esset clausus, venit angelus, & effractis vinculis eius eduxit eum, ipse vero tanquam in excessu mentis constitutus, visionem putabat esse.

Interrogatio?

§. IV. *At quomodo cadunt, qui a gratia Dei diriguntur?*

Responsio.

Ipsæ cogitationes puræ in propria natura labuntur ac cadunt. Incipit enim homo extolli, iudicare, ac dicere, *tu peccator es*, seipsum vero iustum æstimare. Nescis, quid
loquatur Paulus: *Datus est* *2. Cor.*
mihi aculeus carne, angelus *XII, 7.*
satanæ, vt me colaphis cædat, ne supra modum efferar. Habet enim pura quoque natura in se quandam superbiam.

Interrogatio?

§. V. *Vtrum quis per lumen conspicere suam ipsius animam potest, quandoquidem quidam reuelationem tollunt, dicentes, per cognitionem & sensum fieri visionem?*

Responsio.

Est sensus, & est visio, & est illuminatio: atque qui illuminatus est, maior est, quam qui habet sensum: illuminata est enim mens eius, quippe qui maiorem partem acceperit, quam qui sensum habet. Siquidem videt in se certitudinem quandam visionum. Veruntamen aliud est reuelatio, quando res magnæ & arcanæ diuinitatis revelantur animæ.

Interrogatio?

§. VI. *Vtrum videt quis per reuelationem & lumen diuinum animam?*

Responsio.

Quemadmodum oculi nostri adspiciunt solem; sic & illuminati vident imaginem animæ, sed hanc pauci vident christiani.

Interrogatio?

§. VII. *Vtrum habet anima formam?*

Responsio.

Habet formam & imaginem similem angelo. Sicut enim angeli habent imaginem ac formam, & sicut exterior homo habet imaginem:

Ἀπόκρισις.

Ἔστιν αἴσθησις, καὶ ἔστιν ὅρασις, καὶ ἔστι φωτισμός. καὶ οὗτος ὁ ἔχων τὸν φωτισμόν, μείζων ἐστὶ τοῦ ἔχοντος τὴν αἴσθησιν· ἐφωτίσθη γὰρ ὁ νοῦς αὐτοῦ, ὡς ὅτι μερίδα τινὰ μείζονα ἔλαβε παρὰ τοὺς τὴν αἴσθησιν ἔχοντας, ἐπειδὴ εἶδεν ἐν ἑαυτῷ τινα πληροφορίαν ὁραμάτων. πλὴν ἄλλο ἐστὶν ἀποκάλυψις, ὅτε πράγματα μεγάλα καὶ μυστήρια Θεοῦ ἀποκαλύπτεται τῇ ψυχῇ.

Ἐρώτησις.

§. VI. Εἰ βλέπει τις δι' ἀποκαλύψεως καὶ φωτὸς θεϊκοῦ τὴν ψυχήν;

Ἀπόκρισις.

Ὥσπερ οἱ ὀφθαλμοὶ οὗτοι βλέπουσι τὸν ἥλιον, οὕτω καὶ οἱ φωτισθέντες βλέπουσι τὴν εἰκόνα τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ ταύτην ὀλίγοι ὁρῶσι χριστιανοί.

Ἐρώτησις.

§. VII. Εἰ ἔχει μορφὴν ἡ ψυχή;

Ἀπόκρισις.

Ἔχει εἰκόνα καὶ μορφὴν ὁμοιάζουσαν τῷ ἀγγέλῳ· ὥσπερ γὰρ οἱ ἄγγελοι ἔχουσιν εἰκόνα καὶ μορφήν, καὶ ὥσπερ ὁ ἔξω ἄνθρωπος ἔχει εἰκόνα, οὕτω

οὕτω καὶ ὁ ἔσω εἰκόνα ἔχει ὁμοίαν τῷ ἀγγέλῳ καὶ τῷ ἔξω ἀνθρώπῳ μορφήν.

Ἐρώτησις.

§. VIII. Εἰ ἄλλος ἐστὶν ὁ νοῦς, καὶ ἄλλο ἡ ψυχή;

Ἀπόκρισις.

Ὥσπερ τὰ μέλη τοῦ σώματος πολλὰ ὄντα εἷς ἄνθρωπος λέγεται, οὕτω καὶ μέλη ψυχῆς εἰσι πολλὰ, νοῦς, συνείδησις, θέλημα, λογισμοὶ κατηγοροῦντες καὶ ἀπολογούμενοι, ἀλλὰ ταῦτα πάντα εἰς ἕνα λογισμόν εἰσιν ἀποδεδεμένα, καὶ μέλη ἐστὶ ψυχῆς· μία δέ ἐστι ψυχὴ, ὁ ἔσω ἄνθρωπος. ὥσπερ δὲ οἱ ἔξωθεν ὀφθαλμοὶ προβλέπουσι μακρόθεν τὰς ἀκάνθας, καὶ τοὺς κρημνὰς, καὶ τοὺς βόθρους· οὕτω καὶ ὁ νοῦς προβλέπει γρήγορος ὢν, τῆς ἀντικειμένης δυνάμεως τὰς τέχνας, καὶ τὰς ἐπισκευὰς, καὶ προασφαλίζεται τὴν ψυχὴν, ὡς ὀφθαλμὸς ὢν τῆς ψυχῆς. δόξαν οὖν ἀναπέμψωμεν πατρὶ, καὶ υἱῷ, καὶ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

ἀμήν.

ſic & interior habet ſimilem angelo & exteriorī homini imaginem.

Interrogatio ?

§. VIII. *Vtrum aliud eſt mens, alind anima?*

Reſponſio.

Quemadmodum corporis membra, multa cum ſint, vnus homo dicuntur; ita & membra animæ ſunt multa, mens, conſcientia, voluntas, cogitationes accuſantes & defendentes: verum hæc omnia in vnam rationem devincta ſunt, & membra nihilominus ſunt animæ. Vnica autem eſt anima, interior homo. Veluti autem exteriores oculi proſpiciunt eminus ſpinas, & præcipitia ac foueas: ſic & mens, cum ſit alacrior, prouidet adverſariæ animæ poteſtatis machinas & inſidias, & præmunit animam, veluti animæ oculus exſiſtens. Gloriam ergo referamus Patri & Filio, & Spiritui ſancto, in ſecula ſeculorum.

Amen.

HOMILIA VIII.

De his, quæ contingunt christianis inter orandum, & de gradibus perfectionis, vtrum videlicet ad perfectum gradum peruenire possint christiani?

§. I.

SI ingreditur quispiam ad flectendum genu, quam primum cor eius repletur diuina virtute, & exsultat anima cum Domino, vt sponsa cum sponso, secundum quod dixit Iesaias propheta dicens, *quomodo gaudebit sponsus super sponsam, sic gaudebit Dominus super te.* Contingit autem, vt qui totum diem negotiis districtus erat, vna hora se precationi dedat, & interior homo ad orationem & infinitam profunditatem seculi illius in multa suauitate abripiatur, adeo vt tota eius mens suspensa, & illuc abrepta, peregrinetur; atque vt illo tempore obliuione sepeliantur cogitationes terrenarum curarum: propterea quod repletæ sint co-

Ies. LXII. 5.

ΟΜΙΛΙΑ η΄.

Περὶ τῶν συμβαινόντων τοῖς χριστιανοῖς μεταξὺ τοῦ εὐχὰς ποιεῖσθαι, καὶ περὶ τῶν μέτρων τῆς τελειότητος, δηλαδὴ εἰ εἰς τὸ μέτρον τὸ τέλειον ἔρχεσθαι δύνανται οἱ χριστιανοί.

§. I.

ΕΙσέρχεταί τις κλῖναι γόνυ, καὶ ἡ καρδία αὐτοῦ πληροῦται τῆς θείας ἐνεργείας, καὶ εὐφραίνεται ἡ ψυχὴ μετὰ τοῦ κυρίου, ὡς νύμφη μετὰ τοῦ νυμφίου, κατὰ τὸν λόγον Ἡσαΐου τοῦ προφήτου λέγοντος, ὃν τρόπον εὐφρανθήσεται νυμφίος ἐπὶ νύμφῃ, οὕτως εὐφρανθήσεται κύριος ἐπὶ σοί· καὶ συμβαίνει, ὅτι ἀσχολούμενος πᾶσαν ἡμέραν, οὗτος ἐν μιᾷ ὥρᾳ δίδωσιν ἑαυτὸν εἰς εὐχὴν, καὶ ἁρπάζεται εἰς προσευχὴν ὁ ἔσω ἄνθρωπος, εἰς ἄπειρον βάθος ἐκείνου τοῦ αἰῶνος, ἐν ἡδύτητι πολλῇ, ὥστε ξενίζεσθαι τὸν νοῦν ὅλον ὄντα μετέωρον, καὶ ἡρπασμένον ἐκεῖ· ὥστε κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν καιρὸν λήθην ἐγγενέσθαι τοῖς λογισμοῖς τοῦ φρονήματος τοῦ ἐπιγείου, διὰ τὸ μεστωθῆναι τοὺς λο-

λογισμοὺς, καὶ αἰχμαλωτισθῆναι εἰς τὰ θεῖα καὶ ἐπουράνια, εἰς ἀπέραντα καὶ ἀκατάληπτα πράγματα, εἰς θαυμάσιά τινα, ἀνθρωπίνῳ στόματι φρασθῆναι ἀδύνατα, ὥστε ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ εὔχεσθαι καὶ λέγειν, ὡς εἴθε συναπῆλθεν ἡ ψυχὴ σὺν τῇ εὐχῇ.

Ἐρώτησις.

§ II. Εἰ πάντοτε εἰσέρχεταί τις εἰς ἐκεῖνα τὰ πράγματα;

Ἀπόκρισις.

Ἡ μὲν χάρις ἀδιαλείπτως σύνεστι καὶ ἐῤῥίζωται, καὶ ἐζύμωται ἐκ νέας ἡλικίας, καὶ ὡς φυσικὸν καὶ πηκτὸν ἐγένετο, αὐτὸ τὸ συνὸν τῷ ἀνθρώπῳ ὡς μία οὐσία· πολυτρόπως δὲ, ὡς θέλει πρὸς τὸ συμφέρον, οἰκονομεῖ τὸν ἄνθρωπον, ποτὲ μὲν πλέον ἐκκαίεται καὶ ἅπτεται τὸ πῦρ, ποτὲ δὲ ὡς μαλθακώτερον καὶ πρᾳότερον, καὶ αὐτὸ τὸ φῶς κατὰ καιρούς τινας πλέον ἐξάπτεται καὶ λάμπει, ποτὲ δὲ ὑποστέλλεται, καὶ στυγνάζει, καὶ αὐτὴ ἡ λαμπὰς πάντοτε καιομένη καὶ λάμπουσα, ὅταν φαιδρυνθῇ πλέον ἐν

gitationes, & captiuatæ ad diuinas, ad cœlestes, ad infinitas & incomprehensibiles res, ad mirabilia quædam, quæ humano ore explicari nequeunt, vt eadem hora optet & dicat, vtinam simul egrediatur anima cum precatione!

Interrogatio?

§. II. *Vtrum semper penetrat quis in huiusmodi res?*

Responsio.

Gratia quidem indesinenter adest & radicata & commixta a tenera ætate, & tanquam naturale & concretum quiddam est, quod adhæret homini velut vna substantia: variis vero modis ad libitum voluntatis, quantum prodest, disponit hominem: aliquando enim intentius accenditur & ardet ignis; aliquando vero remissius & lentius: ipsum quoque lumen quibusdam temporibus vehementius accenditur & lucet: aliquando vero remittitur & tristius est. Sic ipsa quoque lucerna, scilicet gratia, vbique accensa & lucens, quando

ſplendidior fuerit, intenſius accenditur ab ebrietate dilectionis Dei. Rurſum autem diſpenſatione quadam exhibet lumen, quod ineſt obtuſius.

§. III. Porro per lumen apparuit quibusdam ſignum crucis & affixum eſt in interiori homine: alias item inter precandum homo, velut in exceſſu conſtitutus, inuentus eſt ante altare ſtans in eccleſia, & oblati ſunt ei tres panes, velut oleo fermentati, & quanto magis ederet, tanto magis augebantur & creſcebant: aliis item apparuit velut veſtimentum ſplendidum, quale non eſt in terra hoc ſeculo vllum, nec manibus hominum confici poteſt. Quemadmodum enim montem adſcendens Dominus cum Ioanne & Petro transformauit veſtimenta ſua, illaque ſplendida fulguris inſtar reddidit: ciusmodi erat veſtimentum illud, vt admiraretur & obſtupeſceret exutus illud homo. Interdum verum lumen ipſum in corde fulgens, ape-

Matth. XVII, 2. Marc. IX, 3.

μέθη ἐξάπτεται τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ· αὖθις δὲ κατ' οἰκονομίαν ἐκδίδωσι, καὶ τοιοῦτον τὸ φῶς ἀμβλύτερόν ἐστι.

§. III. Πλὴν ἐπεφάνη τισὶ τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ διὰ φωτὸς, καὶ προσεπάγη τῷ ἔσω ἀνθρώπῳ, ἄλλοτε πάλιν ἐν τῇ εὐχῇ, ὡς ἐν ἐκστάσει γεγονὼς ὁ ἄνθρωπος, καὶ εὑρέθη εἰς θυσιαστήριον ἑστὼς ἐν ἐκκλησίᾳ, καὶ προσηνέχθησαν τῷ τοιούτῳ ἄρτοι τρεῖς ὡς δι' ἐλαίου ἐζυμωμένοι, καὶ ὅσον ἤσθιεν, ἐκεῖνο πλέον ηὔξανε καὶ ἐμηκύνετο, ἄλλοτε πάλιν ὥσπερ ἔνδυμά τι φωτεινὸν, οἷον οὐκ ἔστιν ἐπὶ τῆς γῆς εἰς τὸν αἰῶνα τοῦτον, οὔτε ὑπὸ ἀνθρωπίνων χειρῶν δυνατὸν κατασκευασθῆναι. ὃν γὰρ τρόπον εἰς τὸ ὄρος ἀνελθὼν ὁ κύριος μετὰ Ἰωάννου καὶ Πέτρου μετημείψεν αὐτοῦ τὰ ἱμάτια καὶ ἐξαστράψαι πεποίηκεν. οὕτως ἦν τὸ ἔνδυμα ἐκεῖνο, καὶ ἐθαύμαζε, καὶ ἐθαμβεῖτο ὁ ἐκδεδυμένος ἄνθρωπος· ἐν ἄλλῳ δὲ καιρῷ αὐτὸ τὸ φῶς ἐν τῇ καρδίᾳ φαῖνον, ἤνοι-

γε

γε τὸ ἐνδότερον καὶ βαθύτερον, καὶ ἀπόκρυφον φῶς, ὥστε ὅλον τὸν ἄνθρωπον καταποθέντα εἰς ἐκείνην τὴν γλυκύτητα καὶ θεωρίαν, μηκέτι ἔχειν ἑαυτόν, ἀλλ' εἶναι ὡς μωρὸν καὶ βάρβαρον τῷ κόσμῳ τούτῳ, διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν ἀγάπην καὶ γλυκύτητα, διὰ τὰ ἀπόκρυφα μυστήρια· ὥστε τὸν ἄνθρωπον κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἐλευθερωθέντα φθάσαι εἰς τὰ τέλεια μέτρα, καὶ εἶναι καθαρὸν καὶ ἐλεύθερον ἐκ τῆς ἁμαρτίας· Ἀλλὰ μετὰ ταῦτα ὑπέστειλεν ἡ χάρις, καὶ ἦλθε τὸ κάλυμμα τῆς ἐναντίας δυνάμεως· φαίνεται δέ πως μερικῶς, καὶ ἵσταται εἰς ἕνα βαθμὸν τὸν κατώτερον τῆς τελειότητος.

§. IV. Ὡς, ἵνα εἴπωμεν, χρὴ δώδεκα βαθμοὺς παρελθεῖν τινα, καὶ φθάσαι εἰς τὴν τελειότητα. ἐν καιρῷ τινι, ἔφθασε καταλαβεῖν ἐκεῖνο τὸ μέτρον, καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὴν τελειότητα· πάλιν ἐνδίδωσιν ἡ χάρις, καὶ κατέρχεται παρ' ἕνα βαθμόν, καὶ ἵσταται εἰς τοὺς ἕνδεκα· εἷς δέ τις πλούσιος ἐν τῇ χάριτι, πάντο-

ruit interius & profundius ac latens lumen, adeo vt totus homo illa ſuauitate & contemplatione demerſus, non amplius ſit ſui compos, ſed ſit tanquam ſtultus & barbarus huic mundo, propter nimiam dilectionem ac ſuauitatem, & arcana myſteria, adeo vt homo tunc libertate donatus perueniat ad perfectum gradum purus ac liber a peccato. Verum poſtea ſubduxit ſe gratia, & acceſſit velamen aduerſariæ poteſtatis; apparet tamen aliqua ex parte, & conſiſtit in vno gradu inferiori perfectionis.

§. IV. Velut, vt dicamus, oportet aliquem duodecim gradus tranſcendere, & demũ ad perfectionem pertingere. Aliquando quis conſecutus eſt hunc gradum, & peruenit ad perfectionem. Iterum remiſſior facta gratia, deſcendit vnum gradum, & in reliquis vndecim conſiſtit. Diues autem aliquis in gratia ſem-

per noctes atque dies in perfecto gradu consistit, liber ac purus, semper captiuus ac suspensus. Et quidem, si mirabilia illa, quæ homini monstrata sunt, & quorum experientiam cepit, ei semper adessent, nec ministerium verbi aut onus aliquod suscipere posset, neque audire aut curam gerere, si quando opus esset, sui ipsius, neque crastini diei, sed solum sedere in vno angulo suspensum & inebriatum. Quapropter gradus perfectus non est concessus, vt possit vacare curæ fratrum & ministerio verbi. Verumtamen interstitium maceriæ dirutum est, & mors deuicta.

§. V. Res autem sic se habet. Quemadmodum tenebrosa quædam vis incumbit, & leuiter velut crassus quidam aër inopacat locum, lucerna licet semper ardente & lucente; sic adhæret illi lumini velamen. Vnde confitetur ille, se nequaquam esse perfectum, neque omnino immunem a peccato:

τε νυκτὸς καὶ ἡμέρας, εἰς τὰ τέλεια μέτρα ἕστηκεν ὢν ἐλεύθερος καὶ καθαρὸς, πάντοτε αἰχμάλωτος καὶ μετέωρος. Καὶ νῦν ὡς ἐδείχθη ἐκεῖνα τὰ θαυμάσια, καὶ ὧν πεῖραν ἔλαβεν ὁ ἄνθρωπος, εἰ συνῆν αὐτῷ πάντοτε, οὐκ ἐδύνατο τὴν οἰκονομίαν τοῦ λόγου ἢ τὸ βάρος ὑποδέξασθαι. οὔτε ἠνείχετο ἀκούειν ἢ μεριμνᾷν, εἰς τὸ τυχὸν, περὶ ἑαυτοῦ, οὔτε περὶ τῆς αὔριον, εἰ μὴ μόνον καθῆσθαι ἐν μιᾷ γωνίᾳ μετέωρον, καὶ μεμεθυσμένον· ὥστε τὸ τέλειον μέτρον οὐκ ἐδόθη, ἵνα δυνηθῇ σχολάσαι εἰς τὴν μέριμναν τῶν ἀδελφῶν, καὶ εἰς τὴν διακονίαν τοῦ λόγου, πλὴν τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ διαλέλυται, καὶ νενίκηται ὁ θάνατος.

§. V. Τὰ δὲ πράγματα οὕτως ἐστίν· ὡς γνοφώδης τις δύναμις ἐπίκειται καὶ σκεπάζει ἐλαφρῶς ὡς ἀὴρ παχὺς, καίτοι πάντοτε τῆς λαμπάδος καιομένης καὶ φαινούσης· ὥσπερ ἐπίκειται ἐκείνῳ τῷ φωτὶ κάλυμμα. ὅθεν ὁμολογεῖ οὗτος, ὅτι οὐκ ἔστι τέλειος, οὐδὲ ἐλεύθερος τὸ ὅλον ἐκ τῆς ἁμαρτίας.

ὥστε

ὥστε εἰπεῖν, ὅτι διαλέλυται καὶ τέθραυσται τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ, καὶ πάλιν ἔν τινι οὐ διαλέλυται τὸ ὅλον, οὔτε πάντοτε· ἔστι γὰρ καιρὸς ὅτε πλεῖον ἐξάπτει, καὶ παρακαλεῖ, καὶ ἀναπαύει. ἔστι καιρὸς ὅτε ὑποστέλλεται καὶ συγνάζει, ὡς αὐτὴ ἡ χάρις οἰκονομεῖ πρὸς τὸ συμφέρον τῷ ἀνθρώπῳ. τίς δὲ ὁ ἐλθὼν εἰς τὸ μέτρον τὸ τέλειον ἐν καιροῖς, καὶ γευσάμενος, καὶ πεῖραν ἔχων ἐκείνου τοῦ αἰῶνος, ἀκμὴν γὰρ οὐδένα εἶδον τέλειον ἄνθρωπον χριστιανὸν, ἢ ἐλεύθερον· ἀλλ' εἰ καὶ ἀναπαύεταί τις ἐν τῇ χάριτι, καὶ εἰσέρχεται εἰς μυστήρια καὶ ἀποκαλύψεις, καὶ εἰς ἡδύτητα πολλὴν τῆς χάριτος, ὅμως καὶ ἡ ἁμαρτία συνέστιν ἀκμὴν ἔσω· αὐτοὶ δὲ διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν χάριν καὶ τὸ ἐν αὐτοῖς φῶς, νομίζουσιν ἐλεύθεροι εἶναι καὶ τέλειοι, παρὰ ἀπειρίαν σφαλλόμενοι, ἐπειδὴ ἔχουσιν ἐνέργειαν τῆς χάριτος· ἀκμὴν δὲ οὐδένα εἶδον ἐλεύθερον. ἐπειδὴ κἀγὼ μερικῶς ἐν καιροῖς τισιν,

ita vt dicat, dirutum & perfossum esse interiectum parietem maceriæ, atque iterum in aliqua parte, non esse plane dirutum, neque in perpetuum. Aliquando enim vehementius accendit, admonet & refocillat gratia: aliquando vero remissior facta subtristior apparet, prout ipsa gratia dispensat ad emolumentum hominis. Quis vero vnquam ad perfectum gradum progressus gustauit & periculum fecit illius seculi? Nondum enim vllum vidi perfectum hominem christianum aut liberum. Sed quamuis acquiescat quis in gratia, atque ad mysteria, reuelationes ac immensam suauitatem gratiæ perueniat, nihilominus tamen peccatum adhuc in eo hæret. Qui tales vero sunt, propter immensam gratiam & lumen illis adhærens, se perfectos & liberos reputant, ex imperitia decepti, postquam possident vim gratiæ. Verum nec dum vidi vllum liberum. Siquidem & ego ex parte aliqua aliquan-

do ad gradum illum perueni, & cognoui, nullum esse hominem perfectum.

Interrogatio?

§. VI. *Dic nobis in quibus tu consistis gradibus?*

Responsio.

Post signum crucis gratia nunc sic operatur, & quieta reddit omnia membra & cor, vt anima præ summa lætitia, tanquam puellus fraudis ignarus videatur, nec amplius homo condemnet Græcum, aut Iudæum, aut peccatorem, aut mundo deditum: verum interior homo oculo puro omnes adspicit, & lætatur homo de toto mundo, omninoque cupit venerari & diligere Græcos & Iudæos. Alia quadam hora veluti filius regis confidit Filio Dei tanquam patri, & aperiuntur ei fores, & ingreditur intro in multas mansiones. Et quanto magis ingreditur, rursum aperiuntur ei iuxta proportionem a centum mansionibus ad alias centum mansiones, & ditescit, & quanto magis ditescit,

εἰσῆλθον εἰς ἐκεῖνο τὸ μέτρον, καὶ οἶδα καὶ ἔμαθον, πῶς οὐκ ἔστι τέλειος ὁ ἄνθρωπος.

Ἐρώτησις.

§. VI. Εἰπὲ ἡμῖν σὺ ἐν ποίοις εἶ μέτροις;

Ἀπόκρισις.

Μετὰ τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ, νῦν ἡ χάρις οὕτως ἐνεργεῖ καὶ εἰρηνεύει ὅλα τὰ μέλη καὶ τὴν καρδίαν, ὥστε τὴν ψυχὴν ἐκ τῆς πολλῆς χαρᾶς ὡς παιδίον ἄκακον φαίνεσθαι, καὶ οὐκέτι κατακρίνει ὁ ἄνθρωπος ἕλληνα, ἢ ἰουδαῖον, ἢ ἁμαρτωλόν, ἢ κοσμικόν· ἀλλ᾽ ὁ ἔσω ἄνθρωπος καθαρῷ ὀφθαλμῷ πάντας ὁρᾷ, καὶ χαίρει ὁ ἄνθρωπος ἐπὶ ὅλῳ τῷ κόσμῳ, καὶ πάντως θέλει προσκυνεῖν καὶ ἀγαπᾷν ἕλληνας, καὶ ἰουδαίους. ἄλλῃ ὥρᾳ ὡς βασιλέως υἱὸς οὕτω θαῤῥεῖ τῷ υἱῷ τοῦ θεοῦ ὡς πατρί, καὶ ἀνοίγονται αὐτῷ θύραι, καὶ εἰσέρχεται ἔνδον εἰς πολλὰς μονάς, καὶ ὅσον εἰσέρχεται, πάλιν ἀνοίγονται αὐτῷ πρὸς λόγον ἀπὸ ἑκατὸν μονῶν εἰς ἄλλας ἑκατὸν μονάς, καὶ πλουτεῖ· καὶ ὅσῳ πλουτεῖ, πάλιν

πάλιν ἄλλα καινότερα θαυμάσια δείκνυται αὐτῷ· καὶ ἐμπιστεύεται ὡς υἱῷ, καὶ κληρονόμῳ πράγματα μὴ δυνάμενα ῥηθῆναι ὑπὸ φύσεως ἀνθρωπίνης, ἢ στόματι καὶ γλώσσῃ διαρθρωθῆναι. δόξα τῷ θεῷ. ἀμήν.

denuo alia recentiora mirabilia ei monſtrantur. Et creduntur ei tanquam filio & hæredi res, quæ ab humana natura explicari nequeunt, nec ore aut lingua enodari. Gloria DEO, Amen.

ΟΜΙΛΙΑ θ΄.

Τὰς ἐπαγγελίας καὶ προφητείας τοῦ θεοῦ διὰ παμποικίλης δοκιμασίας καὶ πειράσεως διαπληροῦσθαι· καὶ μόνῳ τῷ θεῷ προσκαρτεροῦντας λυτροῦσθαι ὑμᾶς ἀπὸ τῶν τοῦ πονηροῦ πειράσεων.

HOMILIA IX.

Promiſſiones ac prophetias diuinas per varias probationes & tentationes impleri : & ſoli Deo adhærendo liberari nos ab infeſtationibus Dæmonis.

§. I.

Ἡ Τοῦ θεοῦ πνευματικὴ τῆς χάριτος ἐνέργεια ἐν ψυχῇ γιγνομένη, μετὰ πολλῆς μακροθυμίας, καὶ σοφίας, καὶ οἰκονομίας νοὸς μυστικῆς κατεργάζεται, καὶ μετὰ πολλῆς ὑπομονῆς χρόνοις καὶ καιροῖς τοῦ ἀνθρώπου ἀγωνιζομένου· καὶ τότε τὸ ἔργον τῆς χάριτος τέλειον εἰς αὐτὸν ἀποδείκνυται, τῆς αὐτεξουσίου προαιρέσεως μετὰ πολλῆς δοκιμασίας εὐαρέστου τῷ πνεύματι ἀπο-

§. I.

SPiritualis gratiæ DEI virtus, quæ in anima verſatur, cum ſumma longanimitate, ſapientia, & diſpenſatione mentis myſtica operatur, magna etiam cum patientia cum temporis opportunitatibus homine dimicante. Tunc autem opus gratiæ perfectum in eo apparet, quando liberam eius voluntatem poſt magnam tentationem Spiritui ſancto pla-

cere manifestum est, & quando ex successu temporis probationem & perseuerantiam ipsa ostendit. Hanc consequentiam autem ex sacrosanctis litteris per manifestos typos in medium producemus.

§. II. Quod autem dico, tale est, quale legitur de Iosepho. Quanto post tempore voluntas Dei de eo prædefinita perfecta est, & visiones completæ sunt? & quantis ante laboribus, afflictionibus, & angustiis probatus, omnia strenue sustinuit? & per omnia probatus & fidelis DEO inuentus seruus, tunc rex Ægypti constitutus est, & familiam suam enutriuit; & prophetia eorum, quæ non videbantur, completa est, & voluntas Dei per tempora, & dispensationem multam pronuntiata.

Gen. XXXIX, 1. seq. XLI, 39. 40.

§. III. Idem de Dauid traditur. Deus vnxit eum in regem per Samuelem prophetam. Et postquam vnctus est, continuo fuga sibi consuluit, persecutionem a Saulo, eum occidere conante, perpessus? vbi ergo vnctio Dei?

1. Sam. XVI, 13.

1. Sam. XIX, 11. seq. XXIII, 7. seq. XXVI, 1. seq.

δειχθείσης, καὶ διὰ χρόνων τὴν δοκιμὴν καὶ τὴν ὑπομονὴν ἐπιδειξαμένης. ταύτην δὲ τὴν ἀκολουθίαν ἀπὸ τῶν θεοπνεύστων γραφῶν διὰ τῶν ἐν φανερῷ γεγενημένων τύπων παραστήσωμεν.

§. II. Ὃ δὲ λέγω τοιοῦτόν ἐστιν, οἷον ὡς ἐπὶ τοῦ Ἰωσήφ, ἐν πόσοις καιροῖς καὶ χρόνοις τὸ βούλημα τοῦ Θεοῦ τὸ περὶ αὐτοῦ ὡρισμένον ἐτελέσθη, καὶ τὰ ὁράματα ἐπληρώθη; καὶ ἐν πόσοις πρότερον πόνοις καὶ θλίψεσι, καὶ στενοχωρίαις δοκιμασθεὶς ὑπέμεινε πάντα γενναίως καὶ εἰς πάντα δόκιμος καὶ πιστὸς τῷ Θεῷ εὑρεθεὶς δοῦλος, τότε βασιλεὺς Αἰγύπτου γέγονε, καὶ τὸ γένος αὐτοῦ διέθρεψε, καὶ ἡ προφητεία τῶν ἀοράτων ἀπετελέσθη, καὶ τὸ βούλημα τοῦ Θεοῦ διὰ χρόνων καὶ οἰκονομίας πολλῆς τὴν πρόῤῥησιν εἴληφος.

§. III. Ὁμοίως περὶ τοῦ Δαβίδ, ὁ Θεὸς ἔχρισεν αὐτὸν εἰς βασιλέα διὰ Σαμουὴλ τοῦ προφήτου καὶ ὅτε ἐχρίσθη, τότε ἔφυγε διωκόμενος ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ ἀναιρεθῆναι καὶ ποῦ ἡ χρίσις τοῦ Θεοῦ

καὶ

τοῦ ἡ ἐπαγγελία, ὡς
τὸ τάχος; μετὰ γὰρ
χρισθῆναι, τότε ἐθ-
λίβετο, ἐν ἐρημίαις
διαζώμενος, καὶ ὑστε-
ρούμενος ἕως ἄρτου, καὶ
ἔθνη καταφεύγων
τὴν τοῦ Σαοὺλ πρὸς
ἐπιβουλὴν γινόμε-
ὃν ὁ Θεὸς ἔχρισεν
βασιλέα, τοιαύταις
ἐνεχεῖτο θλίψεσιν. Ἔ-
χρόνοις δοκιμασθεὶς,
θλιβεὶς, καὶ πειρα-
ς, καὶ μακροθυμή-
, ἅπαξ πεπιστευκὼς
Θεῷ, καὶ ἑαυτὸν
ροφορήσας, ὅτι ὃ ἐ-
ε διὰ τῆς τοῦ προφή-
ρίσεως εἰς ἐμὲ, καὶ
εν ὁ Θεὸς γενέσθαι
ἐμοῦ, ἀναμφιβόλως
σθαι δεῖ· καὶ διὰ
λῆς μακροθυμίας,
ον γέγονε τὸ τοῦ Θεοῦ
ημα, καὶ ἐβασίλευ-
Δαβὶδ μετὰ πολλοὺς
ους· καὶ τότε ἐφανε-
ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, καὶ
ισις ἡ διὰ τοῦ προ-
γεγενημένη, βε-
καὶ ἀληθὴς ἀπε-
θη.

IV. Ὁμοίως καὶ
Μωϋσέως, ὁ Θεὸς
προγνοὺς καὶ προο-
εἰς ἡγεμόνα καὶ
ρα τοῦ λαοῦ, υἱὸν

& vbi promissio, vt quæ statim effectum consecuta esset? Paulo enim postquam vnctus esset, grauiter affligebatur, in desertis degens; & ad penuriam panis vsque redactus ad gentes confugiebat propter Saulis aduersus eum structas insidias: quem Deus vnxerat in regem, tantis inuoluebatur afflictionibus. Deinde successu temporis probatus, afflictus, tentatus & patienter aduersa ferens, vnice Deo confidens, & plena fide se erigens, sic colligebat, *quia quod fecit Deus per vnctionem in me, & quod dixit Deus futurum de me, absque omni dubio fieri oportet.* Et post longam exspectationem tandem voluntas Dei completa est, & regnauit Dauid post multas tentationes. Et tunc manifestatum est Dei verbum, & vnctio per prophetam collata, firma & vera demonstrata est.

1. Sam. XXI, 11. seq. XXVII, 1. seq.

2. Sam. II, 4.

§. IV. Idem de Mose, Deus cum eum præsciuisset & prædestinasset in ducem & seruatorem populi, filium

virilem ætatem cum perue-
niſſet, ac fide grandior factus
eſſet, reſpuit ea omnia, po-
tius eligens afflictionem &
Ebr. XI, contumelias Chriſti iuxta ſer-
24. 25. monem apoſtolicum, quam
temporalibus peccati com-
Exod. modis frui. Et exul Ægypti
II, 15. factus cum eſſet, quantum
temporis modo in paſtoria
vitam tranſegit opera, regis
filius qui erat, & in tantis lau-
titiis ac regiis deliciis educa-
tus? Et ſic tandem probatus
Deo, & fidelis per multam
patientiam inuentus, quippe
qui multas tentationes ſuſti-
nuerat, conſtitutus eſt ſerua-
Exod. tor, & dux, & rex populi I-
III, 10. ſrael atque Deus Pharaonis a
V, 26. Deo appellatus? Per eum
VII, 1.

...σεις μετὰ πόσες χρό-
...ες ἀπεδείχθη· καὶ μετὰ
...πόσας δοκιμασίας καὶ
...λίψεις ἐτελέσθη;

§. V. Ὁμοίως καὶ ἐ-
...πὶ τῦ Ἀβραὰμ, πρὸ πό-
...σων χρόνων ἐπηγγείλατο
... Θεὸς χαρίσασθαι υἱὸν,
...καὶ ὐ παρ' αὐτὰ δέδω-
...κεν, ἀλλὰ μεταξὺ πό-
...σοις ἔτεσι δοκιμασίαι καὶ
...πειρασμοὶ πρὸς αὐτὸν
...γεγόνασι; αὐτὸς δὲ μα-
...κροθύμως πάντα τὰ ἐπ-
...ερχόμενα ὑπομείνας καὶ
...αυτὸν τῇ πίστει πληρο-
...φορήσας, ὅτι ὁ ἐπαγ-
...γειλάμενος ἀψευδὴς
...τυγχάνων πληρώσει τὸν
...αὐτῦ λόγον. καὶ ὕτως
...πιςὸς εὑρεθεὶς, ἐπέτυχε
...ἐπαγγελίας.

§. VI. Οὕτως καὶ
...ὁ Νῶε πεντακοσιοςῷ ἔτει
...κελευσθεὶς ὑπὸ τῦ Θεῦ
...τὴν κιβωτὸν κατασκευά-
...σαι, ἐπαγγειλαμένυ κα-
...τακλυσμὸν ἐπαγαγεῖν
...τῇ οἰκυμένῃ, καὶ ἑξακο-
...σιοςῷ ἔτει ἐπαγαγόντος,
...τὸν ἔτη ἐμακροθύμη-
...σεν ἐν μηδενὶ διςάσας,
...ἄρα ποιεῖ ἅπερ εἶπεν ὁ
...Θεὸς, ἢ μὴ ποιεῖ· ἀλλ'
...τῇ πίστει πληρο-
...φορηθεὶς, ὅτι ἅπερ ἐλά-
...λησεν ὁ Θεὸς, ἀναμφιβό-
...λως γενέσθαι δεῖ. καὶ ὕτω

tum, quanta poſt temporum ſpatia manifeſtata; & quantas poſt probationes & afflictiones completa eſt?

§. V. Quanto tempore ante promiſerat Deus, ſe ei largiturum filium, nec tamen ſtatim dedit: ſed quot interea annorum probationes & tentationes ipſi incubuerunt? ille vero animo patienti omnia accidentia ſufferens, plena fide ſeipſum obfirmauit, inquiens, *quod qui promiſit, cum ſit mendacii expers, complebit verbum ſuum.* Sicque fidelis inuentus quod promiſſum erat, conſecutus eſt.

Gen. XV, 4. XVII, 5. 6. XIIX, 10. Gen. XX, 2. ſeq. XXII, 1. ſeq.

§. VI. Sic & Noe quingenteſimo anno iuſſus a Deo arcam conſtruere; qui inducturum ſe toti terræ diluvium nuntiauerat; & ſexcenteſimo anno inducebat; centum annos patienter expectans nihil omnino dubitabat, vtrum quæ dixerat Deus facturus eſſet, necne; verum plena fide nixus ſic conſtituebat, *quod quæ Deus locutus eſſet, absque omni dubio fieri oporteat.* Sic ergo

Gen. VI, 7. VII, 1. IIX, 1. IX, 1. ſeq.

ſpectatæ atque integræ voluntatis, fidei, patientiæ & lenitatis magnæ deprehenſus, ſolus ſeruatus eſt cum domo ſua. mandatum pure obſeruans.

§. VII. Hæc argumenta ex ſcripturis attulimus ad demonſtrandum, quod virtus gratiæ diuinæ ineſt homini; & donum Spiritus ſancti, quod fidelis anima conſequi digna cenſetur, magna cum contentione, tolerantia multa, patientia, tentationibus, ac probationibus comparatur, libera eius voluntate, omnibus afflictionibus probata. Et ſi quando ea in nulla re Spiritum contriſtet, ſed gratiæ in omnibus præceptis conſonet, tunc liberationem ab omnibus affectionibus conſequi digna reputatur, plenamque adoptionem Spiritus, de qua in myſterio dicitur, accipit, & ſpirituales diuitias ac ſapientiam, quæ non eſt huius mundi, ſed cuius, qui vere chriſtiani ſunt, participes

δόκιμος τῇ προαιρέσει ἐν πίστει, καὶ ὑπομονῇ, καὶ μακροθυμίᾳ πολλῇ εὑρεθεὶς, διεσώθη μόνος μετὰ τοῦ οἴκου αὐτοῦ, τὴν ἐντολὴν καθαρῶς φυλάξας.

§. VII. Ταύτας δὲ τὰς ἀφορμὰς ἐκ τῆς γραφῆς ἠνέγκαμεν, πρὸς τὸ ἀποδεῖξαι, ὅτι ἡ τοῦ Θεοῦ τῆς χάριτος ἐν ἀνθρώπῳ γενομένη ἐνέργεια, καὶ τὸ χάρισμα τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, ὅπερ ἡ πιστὴ ψυχὴ λαμβάνειν καταξιοῦται, μετὰ πολλοῦ ἀγῶνος, καὶ ὑπομονῆς πολλῆς, καὶ μακροθυμίας, καὶ πειρασμῶν, καὶ δοκιμασιῶν γίγνεται, τῆς αὐτεξουσίου προαιρέσεως διὰ πασῶν θλίψεων δοκιμαζομένης. καὶ ἐπὰν ἐν μηδενὶ τὸ πνεῦμα λυπήσῃ, ἀλλὰ τῇ χάριτι διὰ πασῶν ἐντολῶν γένηται σύμφωνος, τότε τοῦ ἐκ τῶν παθῶν ἐλευθερίας τυχεῖν καταξιοῦται, καὶ τῆς υἱοθεσίας τοῦ πνεύματος πλήρωσιν λαμβάνει, καὶ τῆς ἐν μυστηρίῳ λαλουμένης, καὶ τοῦ πνευματικοῦ πλούτου καὶ τῆς συνέσεως τῆς μὴ οὔσης τοῦ κόσμου τούτου, ἧς οἱ ὄντως ὄντες χριστιανοὶ μέτοχοι γίνονται.

ται. διὸ καὶ πάντων ἀνθρώπων τῶν ἐχόντων τὸ τοῦ κόσμου πνεῦμα, φρονίμων, συνετῶν, σοφῶν, οὗτοι εἰς πάντα διαφέρουσιν.

§. VIII. Ὁ τοιοῦτος γὰρ πάντας ἀνθρώπους ἀνακρίνει κατὰ τὸ γεγραμμένον· γινώσκει ἕκαστον, πόθεν λαλεῖ καὶ ποῦ ἕστηκε, καὶ ἐν ποίοις μέτροις ἐστίν· αὐτὸν δὲ οὐδεὶς ἀνθρώπων τῶν ἐχόντων τὸ πνεῦμα τοῦ κόσμου, γινώσκειν καὶ ἀνακρίνειν δύναται, εἰ μὴ μόνον ὁ τὸ ὅμοιον ἔχων ἐπουράνιον τῆς θεότητος πνεῦμα γινώσκει τὸν ὅμοιον, ὥς φησιν ὁ ἀπόστολος, πνευματικοῖς πνευματικὰ συγκρίνοντες· ψυχικὸς δὲ ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος τοῦ θεοῦ· μωρία γὰρ αὐτῷ ἐστιν· ὁ δὲ πνευματικὸς, ἀνακρίνει μὲν πάντα, αὐτὸς δὲ ὑπ᾽ οὐδενὸς ἀνακρίνεται· ὁ τοιοῦτος πάντα τὰ τοῦ κόσμου πράγματα ἔνδοξα, πλοῦτον, καὶ τρυφὴν, καὶ πᾶσαν ἀπόλαυσιν, αὐτήν τε τὴν γνῶσιν, καὶ πάντα τὰ τοῦ αἰῶνος τούτου βδελυκτὰ ἡγεῖται, καὶ μισητά.

fiunt. Quocirca hi ab hominibus, qui huius mundi ſpiritum habent, ac prudentia, intellectu, & ſapientia præditi ſunt, per omnia differunt.

§. VIII. Siquidem, qui huiusmodi eſt, *omnes homines* 1. Cor.
diiudicat, vt ſcriptum eſt: II, 15.
Nouit vnde quisque loquatur, & vbi conſiſtat, & in quibus gradibus conſtituatur: ipſum vero nullus hominum, habentium ſpiritum mundi, cognoſcere & diiudicare poteſt, niſi ſolus is, qui ſimilem cœleſtem diuinitatis Spiritum habet, cognoſcit ſimilem: vt inquit Apoſtolus, *Spirituali-* 1. Cor.
bus comparantes ſpiritualia. II, 14.
Animalis autem homo non ac- 15.
cipit ea, quæ ſunt Spiritus Dei, ſiquidem ſtultitia illi ſunt, nec poteſt cognoſcere. At ſpiritualis diiudicat quidem omnia: ipſe vero a nemine diiudicatur. Eiusmodi qui eſt, omnes mundi res pretioſas, diuitias, luxum, ac omnem voluptatem, ipſam quoque cognitionem, & omnia quæ ſunt huius ſeculi, exſecranda ducit & odio digna.

§. IX. Quemadmodum enim qui ardenti febri laborat, quemcunque ei offeras cibum aut potum, id quamuis ſuauiſſimum, abominatur ac renuit, eo quod febri inflammatus ab ea valde exerceatur: eodem modo, qui Spiritus cœleſtis ſancto ac venerabili deſiderio accenſi, amore dilectionis Dei in anima ſauciati, ac diuino cœleſtique
Luc. XII.49. igne, quem Dominus in terram miſſurus venit, vultque velociter accendi, vehementer incitati, atque cœleſti deſiderio Chriſti accenſi ſunt, omnia, vt dictum eſt, quæ ſunt in hoc ſeculo præclara ac pretioſa, repudianda & odio digna reputant, propter ignem dilectionis Chriſti, qui conſtringit, accendit & inflammat eos affectione Dei, & cœleſtibus bonis dilectionis. A qua quidem nihil, ſiue terrenum, ſiue ſubterraneum ſit, eos ſeparabit: ſicut apoſtolus Paulus teſtatum fecit, ſci-
Rom. IIX.35. licet *quis nos ſeparabit a caritate Chriſti?* & quæ ſequuntur.

§. IX. Ὥσπερ γὰρ ὁ φλεγόμενος καὶ κατεχόμενος πυρετῷ, ὅπερ ἂν προσενέγκῃς αὐτῷ βρῶμα ἢ πόμα ἥδιστον βδελύσσεται καὶ ἀποβάλλεται, διὰ τὸ πυρετῷ φλέγεσθαι αὐτὸν, καὶ ὑπ᾽ αὐτοῦ σφοδρῶς ἐνεργεῖσθαι· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ οἱ φλεγόμενοι τῷ ἐπουρανίῳ τοῦ πνεύματος ἱερῷ καὶ σεμνῷ πόθῳ, καὶ τῷ ἔρωτι τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ τὴν ψυχὴν τρωθέντες, καὶ τῷ θείῳ καὶ ἐπουρανίῳ πυρὶ, ὃ ὁ κύριος ἐν τῇ γῇ ἦλθε βαλεῖν, καὶ θέλει ἐν τάχει ἀναφθῆναι, σφοδρῶς ἐνεργούμενοι, καὶ ἐκκαιόμενοι εἰς τὸν οὐράνιον τοῦ Χριστοῦ πόθον, ὡς προείρηται, πάντα τὰ τοῦ αἰῶνος ἔνδοξα τούτου, καὶ τίμια, ἀπόβλητα καὶ μισητὰ λογίζονται, διὰ τὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ πῦρ τὸ συνέχον καὶ ἐκκαῖον, καὶ φλέγον αὐτοὺς τῇ πρὸς τὸν Θεὸν διαθέσει, καὶ τοῖς ἐπουρανίοις ἀγαθοῖς τῆς ἀγάπης· ἐξ ἧς ἀγάπης οὐδὲν τῶν ἐπουρανίων, ἢ ἐπιγείων, ἢ καταχθονίων χωρίσαι δυνήσεται τούτους· καθὼς ὁ ἀπόστολος ἐμαρτύρησε Παῦλος, ὅτι τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς.

§. X.

§. X. Τὴν δὲ κτῆσιν τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς, καὶ τῆς ἐπουρανίου τοῦ πνεύματος ἀγάπης, οὐκ ἐνδέχεταί τινα εὑρεῖν, ἐὰν μὴ πάντων τῶν τοῦ αἰῶνος τούτου ἑαυτὸν ἀλλοτριώσας, πρὸς τὴν ζήτησιν τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ ἑαυτὸν ἐπιδῷ, καὶ πασῶν ὑλικῶν καὶ περισπασμῶν γηΐνων ὁ νοῦς ἐκτὸς γένηται, ἵνα περὶ τὸν ἕνα σκοπὸν ὅλος ἀσχοληθῆναι δυνηθῇ, διὰ πασῶν ἐντολῶν ταῦτα κατευθύνων, ἵνα ὅλη ἡ μέριμνα, καὶ ἡ ζήτησις, καὶ ὁ περισπασμός, καὶ ἡ ἀσχολία τῆς ψυχῆς περὶ τὴν ἔρευναν τῆς νοερᾶς οὐσίας ᾖ, πῶς αὐτὴν κοσμηθῆναι δεῖ ταῖς τῶν ἀρετῶν ἐντολαῖς, καὶ τῷ ἐπουρανίῳ τοῦ πνεύματος κόσμῳ, καὶ τῇ κοινωνίᾳ τῆς τοῦ Χριστοῦ καθαρότητος καὶ ἁγιασμοῦ, ἵνα τις πᾶσιν ἀποταξάμενος, καὶ πάντα ἑαυτοῦ περικόψας τὰ τῆς ὕλης καὶ γῆς ἐμπόδια, καὶ σαρκικῆς ἀγάπης, ἢ προσπαθείας γονέων, ἢ συγγενῶν ἐκτὸς γενόμενος, ἐν μηδενὶ ἑτέρῳ συγχωρήσῃ τῷ ἑαυτοῦ νῷ ἀσχοληθῆναι, ἢ περισπασθῆναι, οἷον ἢ ἀρχῇ, ἢ δόξῃ, ἢ τιμαῖς, ἢ φιλίαις σαρκικαῖς

§. X. Possessionem vero suæ animæ, & Spiritus cœlestis dilectionis non contingit quempiam inuenire, nisi ab omnibus, quæ sunt huius seculi, seipsum abstrahat, & indagationi caritatis Christi seipsum tradat, ac ab omnibus crassis curis & distractionibus terrenis mens procul absit: vt circa vnum scopum totus satagere possit, per omnia præcepta hæc bene dirigens, vt omnis cura, inquisitio, distractio & occupatio animæ in inuestiganda intellectuali substantia hæreat, quomodo eam ornari oporteat præceptis virtutum, ac cœlesti Spiritus ornatu, & participatione puritatis & sanctificationis Christi: vt quis omnibus valedicens omniaque crassa ac terrena impedimenta resecans, ac carnalis dilectionis aut affectionis erga parentes ac cognatos expers factus, nulli alteri rei concedat animum vacare, aut ea distrahi: velut aut regnandi cupiditati, aut gloriæ, aut honoribus aut amicitiis carnalibus

mundi, aut aliis quibusdam curis terrenis; ſed totus omnino in indaganda intellectuali ſubſtantia animæ curam & laborem animus ſuſcipiat, & in ſpe atque exſpectatione aduentus Spiritus, totus omnino patiens ſit: quemadmodum ait Dominus: *In patientia veſtra poſſideatis animas veſtras* Et rurſum: *Quærite primum regnum Dei, & hæc omnia adiicientur vobis.*

Luc. XXI, 29. Matth. VI, 33.

§. XI. Fieri autem poteſt, vt quis ſic decertans, & continuo ſibi attendens, ſiue in precibus, ſiue in obſequio, ſive in opere quocunque ſecundum Deum perficiendo, tenebras malitioſorum dæmonum effugere poſſit. Animus enim, qui a ſui perſcrutatione & indagatione Domini non deſiſtit, animam ſuam poſſidere poteſt, quæ animi motus pedetentim amittit, dum ſeipſum violenter ſemper atque promte captiuum ducit ad Dominum, & illi ſoli adhæret: vt dictum eſt: *captiuam ducentes omnem*

κόσμου, ἢ ἑτέραις τισὶ φροντίσι γηΐναις· ἀλλ' ὅλος ἐξ ὅλου περὶ τὴν ζήτησιν τῆς νοερᾶς οὐσίας τῆς ψυχῆς τὴν μέριμναν καὶ θλῖψιν ὁ νοῦς ἀναλάβῃ, καὶ τῇ προσδοκίᾳ καὶ ἀναμονῇ τῆς τοῦ πνεύματος ἐπιφοιτήσεως ὅλος ἐξ ὅλου ὑπομένῃ, καθώς φησιν ὁ κύριος, ἐν τῇ ὑπομονῇ ὑμῶν κτήσασθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν· καὶ πάλιν, ζητεῖτε τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν.

§. XI. Γένοιτο δὲ, ἵνα οὕτω τις ἀγωνιζόμενος καὶ πάντοτε προσέχων ἑαυτῷ, εἴτε ἐν εὐχῇ, εἴτε ἐν ὑπακοῇ, εἴτε ἐν ἔργῳ οἱῳδήποτε κατὰ θεὸν γινομένῳ, τὸ σκότος τῶν πονηρῶν δαιμόνων ἀποφυγεῖν δυνηθῇ· ὁ γὰρ νοῦς τῆς ἑαυτοῦ ἐρεύνης καὶ τῆς πρὸς κύριον ζητήσεως ἐκτὸς μὴ γινόμενος, τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν κτήσασθαι δύναται ἤσαν ἐν ἀπωλείᾳ παθῶν, τῷ πρὸς κύριον ἀεὶ βίᾳ καὶ προθυμίᾳ αἰχμαλωτίζειν ἑαυτὸν, καὶ αὐτῷ μόνῳ προσκολλᾶσθαι, καθὼς εἴρηται, αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόη-

νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ· ὅπως διὰ τοῦ τοιούτου ἀγῶνος, καὶ πόθου, καὶ ζητήσεως ὁ νοῦς καταξιωθῆναι γενέσθαι μετὰ τοῦ κυρίου εἰς ἓν πνεῦμα τῆς δωρεᾶς καὶ χάριτος τοῦ Χριστοῦ, ἀναπαυσάμενος ἐν τῷ ἀγγείῳ τῆς ψυχῆς, εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν προευτρεπισαμένης αὐτῆς, καὶ οὐκ ἐνυβριζούσης τὸ τοῦ κυρίου πνεῦμα ἐν τοῖς ἰδίοις θελήμασι, καὶ τοῖς τοῦ αἰῶνος τούτου ῥεμβασμοῖς, ἢ δόξαις, ἢ ἀρχαῖς, ἢ ἰδιογνωμοσύναις, ἢ ἡδοναῖς σαρκικαῖς, καὶ τῶν πονηρῶν ἀνθρώπων συνδυασμοῖς, καὶ κοινωνίαις.

§.XII. Ἀγαπητὸν γὰρ ἐὰν ὅλη ἐξ ὅλου ἑαυτὴν τῷ κυρίῳ ἀναθεῖσα, καὶ αὐτῷ μόνῳ προσκολλωμένη, καὶ ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ ἀνεπιλήστως ἐνδιατρίψασα, καὶ τὸ ἐπιφοιτῆσαν καὶ ἐπισκιάσαν τοῦ Χριστοῦ πνεῦμα ἀξίως τιμήσασα, καταξιωθῇ μετ' αὐτοῦ εἰς ἓν πνεῦμα καὶ μίαν κρᾶσιν γενέσθαι, καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος, ὁ κολλώμενος τῷ κυρίῳ, ἓν πνεῦμά ἐστιν. ἐὰν δέ τις

cogitationem ad obediendum 2.Cor. X,5. *Christo:* vt per huiusmodi certamen, desiderium & indagationem mens digna reddatur, quæ sit cum Domino in vnum Spiritum doni & gratiæ Christi, requiescens in vase animæ, ad omne bonum eam adornantis, nec ulla afficientis contumelia Spiritum Domini, suæ libidini obtemperando, atque huius seculi occupationibus aut honoribus, aut dignitatibus, aut propriis opinionibus, aut carnalibus voluptatibus, aut improborum hominum sodalitiis & collegiis adhærendo.

§.XII. Amabile enim est quippiam anima, quæ tota omnino seipsam Domino consecrans, illique soli adhærens, in eius mandatis sine vlla obliuione ambulans, atque Spiritum Christi aduenientem, & obumbrantem reuerenter honorans digna habetur, ut cum ipso vnus spiritus, & vna massa fiat. Sicut inquit apostolus: *Qui adhæret Domino, vnus spiritus* 1. Cor. VI, 17. *est.* Si vero quis seipsum

tradat curis, aut gloriæ, aut dignitatibus, aut honorum humanorum curam habeat, & hæc ſtudioſe quærat: ſique anima eius terrenis cogitationibus commiſceatur aut confundatur, aut rei alicui huius ſeculi dedita ſit ac obſtricta teneatur, deſideretque huiusmodi anima tranſilire, effugere atque expellere tenebras affectionum, in quibus detinetur a malitioſis poteſtatibus; non poteſt; eo quod diligat ac faciat voluntatem tenebrarum, nec capitali odio perſequatur ſtudia malitiæ.

ἐκδῷ ἑαυτὸν εἰς μερίμνας, ἢ δόξαν, ἢ ἀρχὴν, ἢ τιμῶν ἀνθρωπίνων ἐπιμεληθῆναι, καὶ ταῦτα ἐπιζητῇ, καὶ ἐν γηΐνοις λογισμοῖς ἡ ψυχὴ ἀναφύρηται καὶ συγχέηται, ἢ ἔν τινι τοῦ αἰῶνος τούτου δέδηται καὶ κεκράτηται, καὶ ποθῇ ἡ τοιαύτη ψυχὴ διαπεράσαι καὶ φυγεῖν, καὶ ἐξελάσαι τὸ σκότος τῶν παθῶν, εἰς ὃ κατέχεται ὑπὸ τῶν πονηρῶν δυνάμεων, οὐ δύναται, διὰ τὸ ἀγαπᾶν καὶ ποιεῖν τὸ θέλημα τοῦ σκότους, καὶ τελείως μὴ μισεῖν τὰ ἐπιτηδεύματα τῆς κακίας.

§. XIII. Præparemus igitur nos ipſos, vt omni promptitudine ac tota voluntate ad Dominum accedamus, & Chriſti affectatores fiamus, ad perficiendam voluntatem eius; & recordemur omnium mandatorum eius, eadem vt faciamus; atque nos ipſos penitus a dilectione mundi ſeparantes in eum ſolum animas noſtras vertamus, & ſtudium, curam ac inueſtigationem eius ſolius in mente ha-

§. XIII. Ἑτοιμάσωμεν οὖν ἑαυτοὺς ὅλῃ προαιρέσει, καὶ ὅλῳ θελήματι πρὸς κύριον πορεύεσθαι, καὶ Χριστοῦ ἀκόλουθοι γίνεσθαι, εἰς τὸ τὰ θελήματα αὐτοῦ ἐπιτελεῖν, καὶ μεμνῆσθαι πασῶν τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ τοῦ ποιῆσαι αὐτὰς, καὶ ὅλως ἑαυτοὺς ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ κόσμου χωρίσαντες, αὐτῷ μόνῳ τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς ἀναρτήσωμεν, καὶ τὴν ἀσχολίαν καὶ μέριμναν καὶ ζήτησιν αὐτοῦ μόνου ἐν τῷ ἔχω-

ἔχωμεν· εἰ δὲ καὶ διὰ τοῦ σώματος, εἰς ἀσχολίαν ἐντολῶν, καὶ διὰ θεὸν ὑπακοὴν, ὀλίγον ἀσχοληθῶμεν, ὁ νοῦς τῆς πρὸς κύριον ἀγάπης καὶ ζητήσεως καὶ πόθου μὴ χωρίζεσθαι· ὅπως τοιούτῳ νοῒ ἀγωνιζόμενοι, καὶ ὀρθῷ φρονήματι τὴν ὁδὸν τῆς δικαιοσύνης διοδεύοντες, καὶ πάντοτε ἑαυτοῖς προσέχοντες, ἐπιτύχωμεν τῆς ἐπαγγελίας τοῦ πνεύματος αὐτοῦ, καὶ λυτρωθῶμεν διὰ τῆς χάριτος ἐκ τῆς ἀπωλείας τοῦ σκότους τῶν παθῶν, ὑφ' ὧν ἡ ψυχὴ ἐνεργεῖται, ἵνα τῆς αἰωνίου βασιλείας ἄξιοι γενώμεθα, καὶ συναπολαῦσαι Χριστῷ ὅλους αἰῶνας καταξιωθῶμεν, δοξάζοντες πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα, εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

beamus. Et licet propter corpus obſervationi mandatorum, & obſequio diuinò minus diligenter vacauerimus, mens tamen a dilectione Domini, & indagatione, ac deſiderio eius non auertatur: vt huiusmodi mente decertantes, ac recto ſenſu viam iuſtitiæ incedentes, ſemperque nobis ipſi attendentes, conſequamur promiſſionem Spiritus eius, & liberemur per gratiam ab interitu tenebroſarum affectionum, a quibus anima affligitur; quo digni æterno regno euadamus, & frui Chriſto per omnia ſecula digni habeamur, glorificantes Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum per omnia ſecula. Amen.

OMI-

HOMILIA X.

Humilitate & alacritate retinentur & augentur dona gratiæ diuinæ: elatione autem & ignauia perduntur.

§. I.

ANimæ, veritatis ac Dei amantes, quæ plene Chriſtum induere in multa ſpe & fide deſiderant, aliorum admonitione non tantopere indigent, nec etiam deſiderio cœleſti, nec Domini amore; licet aliquatenus eum imminui patienter ferant; ſed totæ penitus cruci Chriſti affixæ, quotidie ſpiritualem profectum erga ſponſum ſpiritualem in ſeipſis percipiunt. Vulneratæ autem cum ſint cœleſti deſiderio, & iuſtitiam virtutum eſuriant, illuſtrationem ſpiritus ſummo ac inſatiabili deſiderio exſpectant. Et licet diuinorum myſteriorum per fidem ſuam cognitionem conſequi dignæ habeantur, aut lætitiæ gratiæ cœleſtis

ΟΜΙΛΙΑ ί.

Ταπεινοφροσύνῃ καὶ προθυμίᾳ διασώζεται καὶ αὔξεται τὰ δῶρα τῆς θείας χάριτος· ἐπάρσει δὲ καὶ ῥαθυμίᾳ ἀπόλλυται.

§. I.

ΑΙ φιλαλήθεις καὶ φιλόθεοι ψυχαὶ, αἱ τελείως τὸν Χριστὸν ἐνδύσασθαι ἐν πολλῇ ἐλπίδι καὶ πίστει ἐπιποθοῦσαι, τῆς παρ᾽ ἑτέρων ὑπομνήσεως οὐ τοσοῦτον χρῄζουσιν, οὔτε τοῦ οὐρανίου πόθου, καὶ τοῦ πρὸς κύριον ἔρωτος, κἂν ἐπὶ πόσον ἐλαττοῦσθαι ὑπομένωσιν, ἀλλ᾽ ὅλαι ἐξ ὅλου τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ προσηλωμέναι, πρὸς τὸν πνευματικὸν νυμφίον, ὁσημέραι πνευματικῆς προκοπῆς ἐν ἑαυταῖς αἴσθησιν ἐπιγινώσκουσι. τετρωμέναι δὲ τῷ οὐρανίῳ πόθῳ, καὶ ἐκπεινῶσαι περὶ τὴν δικαιοσύνην τῶν ἀρετῶν, τὴν ἔκλαμψιν τοῦ πνεύματος ἐν ἐπιθυμίᾳ πολλῇ καὶ ἀκορέστῳ ἔχουσιν. εἰ δὲ καὶ θείων μυστηρίων διὰ τῆς πίστεως αὐτῶν ἐπίγνωσιν λαβεῖν ἀξιοῦνται, εἴτε καὶ εὐφροσύνης ἐπουρανίου χάριτος μετο-

μέτοχοι γίγνονται, οὐ πεποίθασιν ἐν ἑαυταῖς οἰόμεναι εἶναί τι· ἀλλ᾽ ὅσον πνευματικῶν χαρισμάτων καταξιοῦνται, τοσοῦτον μᾶλλον ἀκορέστως ἔχουσι τοῦ οὐρανίου πόθου, ἐμπόνως ἐπιζητοῦσι· καὶ ὅσον ἂν πνευματικῆς προκοπῆς ἐν ἑαυταῖς αἴσθησιν λάβωσι, τοσοῦτον μᾶλλον ἐν πείνῃ καὶ δίψῃ εἰς τὴν μετάληψιν καὶ αὔξησιν τῆς χάριτος ὑπάρχουσι· καὶ ὅσῳ πνευματικῶς πλουτοῦσι, τοσούτῳ μᾶλλον, ὡς πενόμεναί εἰσι παρ᾽ ἑαυταῖς, ἀκορέστως ἔχουσαι τῷ πνευματικῷ πόθῳ πρὸς τὸν οὐράνιον νυμφίον· ὥς φησιν ἡ γραφή, οἱ τρώγοντές με ἔτι πεινάσουσι, καὶ οἱ πίνοντές με ἔτι διψήσουσιν.

§. II. Αἱ τοιαῦται ψυχαὶ αἱ ἐμπύρως καὶ ἀκορέστως τὴν ἀγάπην πρὸς κύριον ἔχουσαι, ἄξιαι τῆς αἰωνίου ζωῆς τυγχάνουσι· διὸ καὶ τῶν παθῶν τῆς ἀπολυτρώσεως καταξιοῦνται· καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος τοῦ ἀρρήτου καὶ μυστικῆς κοινωνίας, ἐν πληρώματι χάριτος, ἔλλαμψιν καὶ μετουσίαν τελείως κομίζον-

participes fiant, non confidunt tamen sibi ipsæ, existimantes se aliquid esse: sed quanto magis spiritualibus donis dignæ reputantur, tanto magis ac diligentius insatiabili auiditate cœlestis desiderii detentæ inquirunt: & quanto magis spiritualem profectum in se senserint, tanto magis esuriunt ac sitiunt participationem & augmentum gratiæ: & quanto spiritualiter ditiores sunt, tanto pauperiores apud se sunt, insatiabili desiderio spirituali erga cœlestem sponsum flagrantes: vt inquit scriptura: *Qui edunt me, adhuc esurient, & qui bibunt me, adhuc sitient.* Sir. XXIV, 28.

§. II. Huiusmodi animæ, quæ tam ardenti & insatiabili amore Dominum prosequuntur, dignæ sunt vita æterna: quocirca quoque liberatione ab affectionibus dignæ iudicantur, & Spiritus sancti arcanæ & mysticæ communionis illustrationem ac participationem in plenitudine gratiæ perfecte con-

ſequuntur. Quæ vero ſunt minus viriles atque ſocordes, haud quærentes talia, vt quæ adhuc in carne viuunt, quïppe ſanctificationem cordis non ex parte, ſed perfecte perſeuerantia & animo patiente conſequi, & participare cum Spiritu conſolatore in plenitudine cum omni ſenſu & certitudine, non exſpectarint, nec ab affectionibus malitiæ liberationem per Spiritum acceperint; aut e diuerſo, quæ gratia diuina dignæ habitæ, ignauiæ ac ſocordiæ, clam a malitia correptæ, ſeſe dederint.

§. III. Vt quæ cum acceperint gratiam Spiritus, & habeant conſolationem gratiæ in requie, & deſiderio, & ſuauitate ſpirituali, hoc ipſo confiſæ extolluntur ac ſecure viuunt, non contritæ corde, nec animo humiliatæ, nec perfectam menſuram vacuitatis affectionum adeptæ, nec integram plenitudinem gratiæ omni diligentia ac fide conſecutæ; ſed repletæ

ται· ὅσαι δὲ ἄνανδροι καὶ χαῦνοι ψυχαὶ, μὴ ζητοῦσαι ἀπεντεῦθεν, ὡς ἔτι ἐν σαρκὶ τυγχάνουσι, τὸν ἁγιασμὸν τῆς καρδίας οὐκ ἐκ μέρους, ἀλλὰ τελείως δι᾽ ὑπομονῆς καὶ μακροθυμίας δέξασθαι, καὶ κοινωνῆσαι τῷ παρακλήτῳ πνεύματι ἐν τελειότητι μετὰ πάσης αἰσθήσεως καὶ πληροφορίας μὴ ἐλπίσασαι, καὶ τῶν παθῶν τῆς κακίας λυτρωθῆναι διὰ τοῦ πνεύματος μὴ ἐκδεξάμεναι, ἢ πάλιν χάριτος θείας καταξιωθεῖσαι εἰς ἀμεριμνίαν τινὰ καὶ ἄνεσιν, ὑπὸ τῆς κακίας κλεπτόμεναι ἑαυτὰς ἐξέδωκαν.

§. III. Ὡς ὅτι λαβοῦσαι τὴν χάριν τοῦ πνεύματος, καὶ ἔχουσαι παράκλησιν τῆς χάριτος ἐν ἀναπαύσει, καὶ πόθῳ, καὶ γλυκύτητι πνευματικῇ, καὶ ἐπὶ τούτῳ πεποιθυῖαι, ὑψοῦνται καὶ ἀμεριμνοῦσι μὴ συντριβόμεναι τὴν καρδίαν, καὶ τῷ φρονήματι μὴ ταπεινούμεναι, μήτε οὖσαι εἰς τὸ τέλειον τῆς ἀπαθείας μέτρον, μήτε πληρωθῆναι τελείως τῆς χάριτος ἐν πάσῃ σπουδῇ καὶ πίστει ἐκδεξάμεναι, ἀλλ᾽ ἐπληροφορήθησαν, καὶ ἐπανεπαύσαντο,

καὶ

καὶ ἐναπέμειναν εἰς τὴν ὀλίγην τῆς χάριτος παράκλησιν, εἰς ἔπαρσιν μᾶλλον, ἤπερ εἰς ταπείνωσιν προκόψασαι αἱ τοιαῦται ψυχαὶ, καὶ ὧνπερ κατηξιώθησαν χαρίσματος, ἐκεῖθεν ἀπογυμνοῦνται διὰ τὴν ἀμελῆ καταφρόνησιν, καὶ τὸν μάταιον τῆς οἰήσεως αὐτῶν τῦφον.

§. IV. Ψυχὴ ἡ ἀληθῶς φιλόθεος καὶ φιλόχριστος, κἂν μυρίας δικαιοσύνας ποιήσῃ, ὡς μηδὲν ἐργασαμένη, οὕτως ἔχει παρ' ἑαυτῇ, διὰ τὸν πρὸς κύριον ἀκόρεστον πόθον· κἂν νηστείαις, κἂν ἀγρυπνίαις τὸ σῶμα καταδαπανήσῃ, ὡς μηδέπω ἀρξαμένη πονεῖν περὶ τὰς ἀρετὰς διάκειται· κἂν χαρισμάτων τοῦ πνεύματος διαφόρων, ἢ καὶ ἀποκαλύψεων, καὶ μυστηρίων οὐρανίων τυχεῖν καταξιωθῇ, ὡς μηδὲν ἀκμὴν κεκτημένη ἐν ἑαυτῇ ἐστι, διὰ τὴν ἄμετρον καὶ ἀκόρεστον πρὸς κύριον ἀγάπην. ἀλλὰ πᾶσαν ἡμέραν ἐκπεινος, καὶ ἐκδιψος διὰ πίστεως καὶ ἀγάπης ἐν προσκαρτερήσει εὐχῆς εἰς τὰ τῆς χάριτος μυστήρια, καὶ εἰς

ac acquiefcentes permanferunt in pauca gratiæ confolatione, elatione magis quam humilitate proficientes huiusmodi animæ: & quibus dignæ erant gratiæ donis, eis videlicet denudantur ob negligentem contemtum, & vanam opinionis eorum arrogantiam.

§. IV. Anima vero, quæ vere Deum ac Chriftum diligit, licet mille iuftitiæ opera ediderit, ita fe gerit, ac fi nihil fecerit, propter infatiabile defiderium ad Dominum; licet ieiuniis & vigiliis corpus confumferit, ita fe habet, perinde ac fi nunquam cœpiffet, circa virtutes elaborare; licet dona Spiritus varia, aut etiam reuelationes & myfteria cœleftia confequi digna habeatur, ita fe, ac fi ne nunc quidem quicquam poffideret, habet, propter immenfam ac infatiabilem Domini dilectionem: fed quotidie efuriens ac fitibunda per fidem & dilectionem in precibus perfeuerando, myfteria gratiæ, & omnem

HOMILIA XI.

Virtutem Sancti Spiritus in corde hominis, se habere instar ignis. Et quibus rebus indigeamus ad discernendum cogitationes in corde scaturientes: & de serpente mortuo ad sublimitatem ligni a Mose affixo, qui typus fuit Christi. Continet quoque Homilia disputationes duas: Vnam quidem, Christi cum nequissimo Satana; alteram vero, peccatorum cum eodem.

§. I.

IGnis ille cœlestis diuinitatis, quem accipiunt christiani intus in corde suo nunc in hoc seculo, ille ipse, qui intus nunc cor illorum dirigit, quando corpus dissoluetur, erumpit: & rursus coagmentat membra, & facit resurrectionem dissolutorum membrorum. Quemadmodum enim ignis, qui Hierosolymis ministrabat altari, tempore captiuitatis defossus erat in

ΟΜΙΛΙΑ ια'.

Τὴν δύναμιν τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐν τῇ καρδίᾳ τοῦ ἀνθρώπου εἶναι ὡς πῦρ· καὶ τίνων χρῄζομεν πρὸς τὸ διακρίνεσθαι τοὺς λογισμοὺς ἐν τῇ καρδίᾳ βρύοντας, καὶ περὶ τοῦ νεκροῦ ὄφεως εἰς τὸ ἀκρόταλον τοῦ ξύλου παρὰ Μωσέως προσπεπηγμένου, ὃς τύπος ἐγένετο τοῦ Χριστοῦ. Συνέχει καὶ ὁμιλία διαλογισμοὺς δύο. ἕτερον μὲν Χριστοῦ μετὰ τοῦ πονηροῦ σατανᾶ, θάτερον δὲ τῶν ἁμαρτωλῶν μετὰ τοῦ αὐτοῦ.

§. I.

ΤΟ πῦρ τὸ οὐράνιον τῆς θεότητος, ὅπερ δέχονται οἱ χριστιανοὶ ἐντὸς αὐτῶν ἐν τῇ καρδίᾳ νῦν ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, τοῦτο αὐτὸ τὸ ἐντὸς τῆς καρδίας αὐτῶν διακονοῦν, ὅταν ἀναλυθῇ τὸ σῶμα, ἐξώτερον γίνεται, καὶ πάλιν συμπήσσει τὰ μέλη, καὶ ποιεῖ ἀνάστασιν τῶν λελυμένων μελῶν. ὥσπερ γὰρ τὸ ἐν Ἱεροσολύμοις πῦρ τὸ διακονοῦν ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ, κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ αἰχμαλωτισμοῦ χω-

σθὲν

θεὶς ὢν ἐν λάκκῳ, καὶ αὐτὸ ἐκεῖνο ἐν τῷ γενέσθαι εἰρήνην καὶ ἐπανελθεῖν τοὺς αἰχμαλωτισθέντας, ὥσπερ ἀνεκαινίσθη καὶ συνήθως διηκόνει· οὕτω καὶ νῦν τὸ πλησίον σῶμα, ὃ μετὰ τὸ λυθῆναι γίνεται βόρβορος, ἐργάζεται τὸ οὐράνιον πῦρ καὶ ἀνακαινίζει, καὶ ἀνιστᾷ τὰ ἐφθαρμένα σώματα. τὸ γὰρ νῦν ἐσώτερον ἐν τῇ καρδίᾳ ἐνοικοῦν πῦρ, τότε ἐξώτερον γίγνεται καὶ ποιεῖ ἀνάστασιν τῶν σωμάτων.

§. II. Καὶ γὰρ ἐπὶ τοῦ Ναβουχοδονόσορ, τὸ πῦρ ἐν τῇ καμίνῳ οὐκ ἦν θεϊκόν, ἀλλ' ἦν κτίσμα· οἱ δὲ τρεῖς παῖδες διὰ τὴν δικαιοσύνην αὐτῶν ἐν τῷ φαινομένῳ πυρὶ ὄντες, ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν εἶχον τὸ θεϊκὸν οὐράνιον πῦρ ἐντὸς τῶν λογισμῶν διακονοῦν καὶ ἐνεργοῦν ἐν αὐτοῖς. καὶ αὐτὸ ἐκεῖνο ἐφάνη ἐξώτερον αὐτῶν· ἀνὰ μέσον γὰρ αὐτῶν ἔστη, καὶ ἀπεῖργε τὸ φαινόμενον πῦρ, τοῦ μὴ καίειν καὶ βλάπτειν τι τοὺς δικαίους· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ Ἰσραήλ, ἐπειδὴ ὁ νοῦς αὐτοῦ καὶ ὁ λογισμὸς ἐν προθέσει εἶχε τοῦ μακρυνθῆναι ἀπὸ Θεοῦ ζῶντος, καὶ εἰς εἰ-

fouea, & ille ipſe pace facta, ac reuerſis captiuis veluti renouatus pro more ſeruiebat: ſic & corpus hoc familiare, quod poſt diſſolutionem in cœnum vertitur, reficit & renouat ignis cœleſtis, & reſuſcitat corrupta corpora. Interior enim ille ignis, cordi noſtro inhabitans, tunc emergit, facitque reſurrectionem corporum.

§. II. Nabuchodonoſoris enim tempore ignis in camino qui ardebat, non erat diuinus, ſed erat creatura: tres autem illi pueri, qui eo quod iuſti eſſent, in apparenti igni erant, in cordibus ſuis habebant diuinum ac cœleſtem ignem, intra cogitationes miniſtrantem & operantem in ipſis. Et idem ille ignis apparuit extra illos; in medio enim illorum ſtetit, & cohibuit apparentem ignem, ne vreret aut læderet aliqua ex parte iuſtos. Similiter quoque Iſraelitarum temporibus, cum animus & cogitationes illorum ſtatuiſſent recedere a Deo viuo, & ad ido-

Dan. III, 19.

lolatriam conuerti, coactus est Aaron indicere illis, vt afferrent aurea & venusta vasa. Postmodum aurum & vasa, quæ coniecerant in ignem, in idolum sunt conuersa, & quasi imitatus est ignis illorum propositum. Hoc autem admiratione dignum. Cum enim secundum sententiam animi interioris, & in cogitationibus suis, idololatriam exercere decreuissent; etiam ignis similiter iniecta vasa in idolum conuertit: & tum palam idolis cultum exhibuerunt. Quemadmodum ergo tres illi pueri, qui iustitiæ operam dantes, susceperunt in seipsis ignem diuinum, & adorarunt Dominum in veritate: sic quoque nunc animæ fideles recipiunt occulte illum diuinum & cœlestem ignem in hoc præsenti seculo: & ille ignis format imaginem cœlestem in homine.

Dan. III, 19. seq.

§. III. Sicut igitur formauit ignis vasa aurea, & factum est idolum: ita quoque Dominus, qui imitatur fide-

δωλολατρείαν τραπῆναι, ἠναγκάσθη Ἀαρὼν εἰπεῖν αὐτοῖς, ἐνεγκεῖν τὰ σκεύη τὰ χρυσᾶ καὶ τὰ κόσμια· λοιπὸν ὁ χρυσὸς, καὶ τὰ σκεύη, ἅπερ ἐνέβαλλον εἰς τὸ πῦρ, εἴδωλον ἐγένετο, καὶ ὥσπερ ἐμιμήσατο τὸ πῦρ τὴν προαίρεσιν αὐτῶν. τοῦτο δὲ θαυμαστὸν πρᾶγμα. ἐπειδὴ γὰρ κατὰ πρόθεσιν ἐν τῷ κρυπτῷ, καὶ τοῖς λογισμοῖς αὐτῶν ἐβουλεύσαντο τὴν εἰδωλολατρείαν, καὶ τὸ πῦρ ὁμοίως τὰ ἐμβληθέντα σκεύη εἴδωλον εἰργάσατο, καὶ λοιπὸν ἐν τῷ φαινομένῳ εἰδωλολάτρησαν. ὥσπερ οὖν οἱ τρεῖς παῖδες δικαιοσύνην λογισάμενοι, ἐδέξαντο ἐν ἑαυτοῖς τὸ τοῦ θεοῦ πῦρ, καὶ προσεκύνησαν τῷ κυρίῳ ἐν ἀληθείᾳ· οὕτω καὶ νῦν αἱ πισταὶ ψυχαὶ δέχονται ἐκεῖνο τὸ θεϊκὸν καὶ ἐπουράνιον πῦρ, ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἐν τῷ κρυπτῷ· καὶ αὐτὸ ἐκεῖνο μορφοῖ εἰκόνα ἐπουράνιον εἰς τὴν ἀνθρωπότητα.

§. III. Ὥσπερ οὖν ἐμόρφωσε τὸ πῦρ τὰ σκεύη τὰ χρυσᾶ, καὶ ἐγένετο εἴδωλον· οὕτω καὶ ὁ κύριος, ὃς μιμεῖται τὴν πι-

πιςῶν καὶ ἀγαθῶν ψυχῶν τὰς προαιρέσεις, καὶ κατὰ τὸ θέλημα αὐτῶν μορφοῖ εἰκόνα καὶ νῦν ἐν τῇ ψυχῇ, καὶ ἐν τῇ ἀναστάσει ἐξώτερον αὐτῶν φαίνεται, καὶ δοξάζει τὰ σώματα αὐτῶν ἔσωθεν καὶ ἔξωθεν. ἀλλ' ὃν τρόπον τὰ σώματα αὐτῶν ἐφθαρμένα ἐστὶ τέως ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ, καὶ νεκρὰ, καὶ λελυμένα· οὕτως εἰσὶ καὶ οἱ λογισμοί τινων ὑπὸ τοῦ σατανᾶ ἐφθαρμένοι, καὶ νεκροὶ ἀπὸ τῆς ζωῆς, καὶ κεχωσμένοι εἰς βόρβορον καὶ γῆν· ἀπώλετο γὰρ αὐτῶν ἡ ψυχή. ὥσπερ οὖν οἱ Ἰσραηλῖται ἔβαλον τὰ χρυσᾶ σκεύη εἰς τὸ πῦρ, καὶ ἐγένετο εἴδωλον. οὕτω νῦν τοὺς καθαροὺς λογισμοὺς καὶ καλοὺς ἐπέδωκε τῇ κακίᾳ ὁ ἄνθρωπος, καὶ κατεχώσθησαν εἰς τὸν βόρβορον τῆς ἁμαρτίας, καὶ ἐγένετο εἴδωλον. καὶ πῶς τις ἵνα αὐτοὺς ἐξεύρῃ, καὶ διακρίνῃ, καὶ ἐκβάλῃ ἐκ τοῦ ἰδίου πυρός; ὧδε λύχνου θείου χρείαν ἔχει ἡ ψυχὴ, πνεύματος ἁγίου τοῦ κοσμοῦντος τὸν ἐσκοτισμένον οἶκον, τοῦ φωτεινοῦ ἡλίου τῆς δικαιοσύνης, τοῦ φωτίζοντος καὶ ἀνατέλλοντος εἰς τὴν καρδίαν,

lium ac piarum animarum intentiones, ac pro voluntate earum format imaginem, quæ nunc quidem in anima eſt, & in reſurrectione exterius apparebit; & glorificat corpora illorum intus & extra. Verum ſicut corpora illorum corrupta ſunt illo tempore, mortua & diſſoluta: ſic quoque cogitationes quorundam a ſatana ſunt corruptæ & mortuæ ne viuant, & defoſſæ in lutum & terram: periit enim illorum anima. Quemadmodum igitur Iſraelitæ coniecerunt aurea vaſa in ignem, & factum eſt idolum: ſic nunc puras & bonas cogitationes tradidit homo malitiæ, quæ obrutæ luto peccati, idolum factæ ſunt. At quomodo quispiam illas poſſit inuenire, diſcernere & educere e proprio igne? Hic lucerna diuina opus habet anima, Spiritu videlicet ſancto, qui exornet obtenebratam domum; & ſplendido ſole iuſtitiæ, qui illuminet & oriatur in corde; ar-

mis quoque opus habet, quibus euadat in bello superior.

Luc. XV, 8. §. IV. Illic enim vidua, quæ perdiderat drachmam, primum accendit lucernam, postea emundauit domum: sicque purgata domo, accensaque lucerna, inuenta est drachma, sordibus atque impuritate & terra obruta; verum anima non potest a se ipsa inuestigare proprias cogitationes, easque discernere; sed cum accensa fuit lucerna diuina, tunc lux est in tenebris obducta domo; & tunc videt cogitationes suas, quomodo sint obrutæ impuritate & cœno peccati: oritur sol, & tum perspicit anima sui interitum, atque incipit reuocare cogitationes, sordibus & squalore permixtas. Perdidit enim imaginem suam anima, quæ mandatum Dei transgressa est.

§. V. Perinde ac si quis rex sit, qui bona & seruos sub se habeat, sibi ministrantes: contingat autem hunc ab inimicis comprehensum ca-

ὅπλων χρείαν ἔχει τοῦ νικῆσαι τὸν πόλεμον.

§. IV. Καὶ γὰρ ἐκεῖ ἡ χήρα ἡ ἀπολέσασα τὴν δραχμὴν, πρῶτον ἧψε τὸν λύχνον, μετὰ ἐκόσμησε τὸν οἶκον, καὶ οὕτω κοσμηθέντος τοῦ οἴκου, καὶ τοῦ λύχνου ἁφθέντος, εὑρέθη ἡ δραχμὴ ἐν τῇ κόπρῳ, καὶ ἐν τῇ ἀκαθαρσίᾳ καὶ τῇ γῇ κεχωσμένη· καὶ νῦν ἡ ψυχὴ οὐ δύναται ἀφ' ἑαυτῆς εὑρεῖν τοὺς ἰδίους διαλογισμοὺς αὐτῆς καὶ χωρίσαι, ἀλλ' ὅταν ἀφθῇ ὁ λύχνος ὁ θεϊκὸς, ἀπαστράπτει εἰς τὸν ἐσκοτισμένον οἶκον, καὶ τότε βλέπει τοὺς λογισμοὺς αὐτῆς, πῶς εἰσι κεχωσμένοι εἰς τὴν ἀκαθαρσίαν καὶ τὸν βόρβορον τῆς ἁμαρτίας· ἀνατέλλει ὁ ἥλιος, καὶ τότε βλέπει ἡ ψυχὴ τὴν ἀπώλειαν αὐτῆς, καὶ ἄρχεται ἀνακαλεῖσθαι τοὺς ἐν τῇ κόπρῳ καὶ ῥυπαρίᾳ ἀναμεμιγμένους λογισμούς· ἀπώλεσε γὰρ τὴν εἰκόνα αὐτῆς ἡ ψυχὴ παραβᾶσα τὴν ἐντολήν.

§. V. Ὥσπερ ἐὰν ἦ τις βασιλεὺς, καὶ ἔχῃ ὕπαρξιν καὶ διακόνους ὑφ' ἑαυτὸν τοὺς ὑπηρετοῦντας αὐτῷ· συμβῇ δὲ τοῦτον ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν παραληφθῆ-

θῆναι, καὶ αἰχμαλωτισθῆναι, τούτου παραληφθέντος καὶ ἐξορισθέντος, ἀνάγκη καὶ τοὺς διακόνους αὐτοῦ καὶ ὑπηρέτας ὀπίσω αὐτοῦ ἀκολουθεῖν· οὕτω καὶ ὁ Ἀδὰμ ἐκτίσθη καθαρὸς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ εἰς διακονίαν αὐτοῦ, καὶ ταῦτα τὰ κτίσματα εἰς ὑπηρεσίαν αὐτῷ ἐδόθη· κύριος γὰρ καὶ βασιλεὺς κατεστάθη πάντων τῶν κτισμάτων· ἀλλ' ἐξ οὗ ὁ λόγος ὁ πονηρὸς προσῆλθεν αὐτῷ, καὶ προσωμίλησεν, αὐτὸς πρότερον διὰ τῆς ἔξωθεν ἀκοῆς ὑπεδέξατο αὐτὸν, εἶτα διῆλθεν αὐτοῦ διὰ τῆς καρδίας, καὶ κατέσχεν αὐτοῦ πᾶσαν τὴν ὑπόστασιν· καὶ οὕτω λοιπὸν αὐτοῦ παραληφθέντος, συμπαρελήφθη καὶ ἡ διακονοῦσα καὶ ὑπηρετοῦσα αὐτῷ κτίσις· δι' αὐτοῦ γὰρ ἐπὶ πᾶσαν ψυχὴν ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος, καὶ πᾶσαν εἰκόνα τοῦ Ἀδὰμ ἠφάνισεν ἐκ τῆς ἐκείνου παρακοῆς, ὥστε τραπῆναι τοὺς ἀνθρώπους, καὶ ἐλθεῖν εἰς προσκύνησιν δαιμόνων· ἰδοὺ γὰρ οἱ καρποὶ τῆς γῆς οἱ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ κτισθέντες καλῶς, προσφέρονται τοῖς δαίμοσι. ἄρτον καὶ οἶνον,

ptiuum abduci: eo capto & extra terminos abrepto, vtique oportet ſeruos & miniſtros a tergo illum ſequi: ſic quoque Adam conditus eſt purus a Deo in eius miniſterium: hæ vero creaturæ ad ſeruiendum ei datæ ſunt. Dominus enim & rex conſtitutus eſt omnium creaturarum. Verum poſtquam ſermo improbus ad illum peruenit, & cum eo conuerſatus eſt, ipſe primum auditu exteriori ſuſcepit eum, deinde is penetrauit in cor eius, & omnem eius ſubſtantiam occupauit: & ita tandem capto illo, capta quoque eſt, quæ miniſtrabat & ſubſeruiebat ei, creatura. Per eum enim imperium obtinuit mors ſuper omnem animam, & omnino imaginem Adæ deleuit propter eius inobedientiam, adeo, vt conuerſi atque prolapſi ſint homines ad adorandos dæmones. Ecce enim fructus terræ, qui in bonum vſum a Deo creati ſunt, offeruntur dæmonibus. Panem, vinum

& oleum offerunt altaribus eorum, & animalia imponunt. Sed non hæc tantum; ſed filios etiam & filias immolarunt dæmoniis.

§. VI. Hoc igitur tempore ille, qui formauit corpus & animam, ipſe prodit & diſſoluit omne inſtitutum mali dæmonis, ac opera eius in cogitationibus conſtructa; & renouat atque format imaginem cœleſtem, & condit nouam animam, vt Adam denuo fiat rex mortis & dominus creaturarum. Et in vmbra quidem legis Moſes appellabatur ſeruator Iſrael: eduxit enim eos ex Ægypto. Sic quoque nunc verus redemtor Chriſtus penetrat occulta animæ, eamque eiicit ex tenebroſa Ægypto, grauiſſimo iugo & dura ſeruitute. Præcipit igitur nobis, vt egrediamur e mundo, & paupertatem ſuſcipiamus, relictis omnibus, quæ videmus, nec habeamus curam terrenam; ſed nocte dieque ad ianuam ſtemus, &

καὶ ἔλαιον ἐν τοῖς βωμοῖς αὐτῶν, καὶ ζῶα ἐπιτιθέασιν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτῶν, καὶ τὰς θυγατέρας ἔθυσαν τοῖς δαιμονίοις.

§. VI. Νῦν οὖν αὐτὸς ὁ πλάσας τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν αὐτὸς ἔρχεται καὶ διαλύει πᾶσαν τὴν ἀναστροφὴν τοῦ πονηροῦ, καὶ τὰ ἔργα αὐτοῦ τὰ ἐπιτελούμενα ἐν τοῖς λογισμοῖς, καὶ ἀνακαινίζει καὶ μορφοῖ εἰκόνα ἐπουράνιον, καὶ ποιεῖ καινὴν ψυχὴν, ἵνα γένηται πάλιν βασιλεὺς ὁ Ἀδὰμ τοῦ θανάτου καὶ κύριος τῶν κτισμάτων. καὶ ἐν τῇ σκιᾷ δὲ τοῦ νόμου Μωϋσῆς σωτὴρ ἐπεκαλεῖτο τοῦ Ἰσραήλ· ἐξέβαλε γὰρ αὐτοὺς ἐκ τῆς Αἰγύπτου. οὕτω καὶ νῦν ὁ ἀληθινὸς λυτρωτὴς Χριστὸς εἰσέρχεται εἰς τὰ κρύφια τῆς ψυχῆς, καὶ ἐκβάλλει ἐκ τῆς σκοτεινῆς Αἰγύπτου, τοῦ βαρυτάτου ζυγοῦ, καὶ τῆς πικρᾶς δουλείας. ἐντέλλεται οὖν ἡμῖν, ὥστε ἐξελθεῖν ἐκ τοῦ κόσμου, καὶ πτωχεῦσαι ἀπὸ πάντων τῶν φαινομένων, καὶ μὴ ἔχειν μέριμναν γηΐνην, ἀλλὰ νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἑστηκέναι εἰς τὴν θύραν καὶ

ἀπεκ-

ἀπεκδέχεσθαι, πότε ὁ κύριος ἀνοίξει τὰς συγκεκλεισμένας καρδίας, καὶ ἐπιχεεῖ ἡμῖν τὴν δωρεὰν τοῦ ἁγίου πνεύματος.

§. VII. Εἶπεν οὖν ἀφιέναι χρυσὸν, ἄργυρον, συγγενεῖς, πωλῆσαι τὰ ὑπάρχοντα, καὶ διαδοῦναι πτωχοῖς, καὶ θησαυρίζειν αὐτὰ, καὶ ζητεῖν εἰς τοὺς οὐρανούς· ὅπου γὰρ ὁ θησαυρός σου, ἐκεῖ ἔσται καὶ ἡ καρδία σου· ᾔδει γὰρ ὁ κύριος, ὅτι ἐντεῦθεν ὁ σατανᾶς κατισχύει τῶν λογισμῶν, τοῦ καταφέρειν αὐτοὺς εἰς τὴν φροντίδα τῶν ὑλικῶν καὶ γηΐνων πραγμάτων· διὰ τοῦτο ὁ θεὸς προνοούμενος τῆς ψυχῆς σου, εἶπεν ἀποτάξασθαι πᾶσιν, ἵνα καὶ ἄκων ἐπιζητήσῃς τὸν οὐράνιον πλοῦτον, καὶ ἔχῃς τὴν καρδίαν σου πρὸς τὸν θεόν· ἐὰν γὰρ καὶ θελήσῃς ἐπιστραφῆναι πρὸς τὰ κτίσματα, οὐδὲν εὑρίσκεις τῶν φαινομένων κεκτημένος· θέλεις, οὐ θέλεις, ὅπου ταῦτα ἐθησαύρισας καὶ ἀπέθου, ἀναγκάζει πέμψαι τὸν νοῦν σου πρὸς τὸν οὐρανόν· ὅπου γὰρ ὁ θησαυρός σου, ἐκεῖ ἔσται καὶ ἡ καρδία σου.

exſpectemus, quando Dominus aperiat clauſa corda, & effundat in nos donum Spiritus ſancti.

§. VII. Iuſſit ergo, vt relictis auro, argento, & cognatis, vendamus bona noſtra, & diſtribuamus pauperibus, & colligamus ea in theſaurum, quæramusque in cœlis: *vbi enim eſt theſaurus tuus, ibi eſt cor tuum.* *Matth. XIX, 29.* *Matth. VI, 21.* Nouit enim Dominus, quod inde ſatanas roboret ſe aduerſum cogitationes, vt traducat eas in ſolicitudinem rerum mundanarum & terrenarum. Propterea Deus, qui curam gerit animæ tuæ, iuſſit renuntiare omnibus, vt vel inuitus quæras cœleſtes diuitias, & habeas cor tuum apud Deum. Quamuis enim volueris reuerti ad res creatas, nihil tamen eorum, quæ videntur, te poſſidere deprehendes: velis, nolisue, cogeris mittere mentem ad cœleſtem theſaurum, vbi ea collegiſti & depoſuiſti: *vbi enim eſt theſaurus tuus, ibi eſt cor tuum.* *Matth. VI, 21.*

Num. XXI, 8. §. VIII. Sic etiam in lege præcepit Deus Mosi, vt faceret serpentem æneum, & illum exaltaret ac affigeret ad summitatem ligni: & quicunque a serpentibus percutiebantur, intuentes in æneum serpentem, medelam consequebantur. Hocque non absque dispensatione fiebat, vt qui terrenis curis ac idololatria, atque voluptatibus satanæ, omnique impietate districti essent, hoc saltem modo aliquatenus respicerent superiora, & ab inferioribus respirantes ad sublimia attenderent, & rursus ab illis proficerent ad altissimum: & ita paulatim progredientes ad sublimiorem & superiorem progeniem, cognoscerent esse quendam altissimum supra omnem creaturam. Sic quoque te iussit Devs pauperem fieri, & omnia vendentem pauperibus largiri, vt postea, si velis denuo repere super terram, non possis. Scrutans ergo in corde tuo, incipe cum cogitationibus tuis disputare;

§. VIII. Καὶ γὰρ ἐν τῷ νόμῳ ἐκέλευσεν ὁ Θεὸς τῷ Μωϋσεῖ, ἵνα ποιήσῃ ὄφιν χαλκοῦν, καὶ τοῦτον ὑψώσῃ, καὶ προσπήξῃ εἰς τὸ ἀκρότατον τοῦ ξύλου· καὶ ὅσοι ὑπὸ τῶν ὄφεων ἐπλήσσοντο, προσέχοντες τῷ ὄφει τῷ χαλκῷ, ἰάσεως ἐτύγχανον· τοῦτο οἰκονομικῶς ἐγίνετο, ἵνα οἱ κατεχόμενοι εἰς τὰς γηΐνας μερίμνας, καὶ εἰς τὰς εἰδωλολατρείας, καὶ εἰς τὰς ἡδονὰς τοῦ σατανᾶ, καὶ εἰς πᾶσαν ἀσέβειαν, διὰ τούτου τοῦ τρόπου μερικῶς πως ἀνακύψωσιν ἐπὶ τὰ ἄνω, καὶ ἀναψύξαντες ἀπὸ τῶν κάτω προσέχωσιν ἐπὶ τὰ ὑψηλά, καὶ πάλιν ἀπ' ἐκείνων προκόψωσιν εἰς τὸ ὑψηλότατον· καὶ οὕτως κατὰ μικρὸν προκόπτοντες εἰς τὸ ὑψηλότερον καὶ ἀνώτερον γένος ἐπιγινώσκωσιν, ὅτι ἐστὶν ὕψιστος παρὰ πᾶσαν τὴν κτίσιν. Οὕτω καὶ σὲ ἐκέλευσε πτωχὸν γενέσθαι, καὶ πάντα πωλήσαντα δοῦναι πτωχοῖς, ἵνα λοιπὸν κἂν θελήσῃς κάτω ῥέψαι ἐπὶ τῆς γῆς μὴ δυνηθῇς· ἐρευνήσας γὰρ ἐν τῇ καρδίᾳ σου ἄρξου μετὰ τῶν λογισμῶν σου διαλέγεσθαι, παρ'

παρ' ὧν ἐπὶ τῆς γῆς οὐδὲν ἔχομεν, ἄγωμεν πρὸς τὸν οὐρανὸν, ὅπου ἔχομεν τὸν θησαυρὸν, ὅπου ἐπραγματευσάμεθα. ἄρχεται ὁ νοῦς σου ἀνανεύειν πρὸς τὸ ὕψος, καὶ ἐπιζητεῖν τὰ ἀνώτερα, καὶ προκόπτειν ἐν τούτῳ.

§. IX. Τί δέ ἐστιν, ὁ νεκρὸς ὄφις ὁ προσπεπηγμένος εἰς τὸ ἀκρότατον τοῦ ξύλου, ἰᾶτο τοὺς πεπληγμένους; ὁ νεκρὸς ὄφις τοὺς ζῶντας ἐνίκα, ὥστε τύπος ἐστὶ τοῦ σώματος τοῦ κυρίου. τὸ σῶμα γὰρ ὃ ἔλαβεν ἐκ τῆς Μαρίας, ἀνήνεγκεν αὐτὸ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ, καὶ ἐκρέμασε, καὶ προσέπηξεν ἐπὶ τοῦ ξύλου, καὶ τὸν ἐν τῇ καρδίᾳ ὄφιν ζῶντα καὶ ἕρποντα νεκρὸν σῶμα ἐνίκησε καὶ ἀπέκτεινεν. ὢ θαῦμα μέγιστον, πῶς ὁ νεκρὸς ὄφις τὸν ζῶντα ἀπέκτεινεν· ἀλλ' ὃν τρόπον ἐποίησε Μωϋσῆς καινὸν ἔργον, ὁμοίωμα τοῦ ζῶντος ὄφεως ποιήσας· οὕτω καὶ ὁ κύριος καινὸν ἔργον ἐκ τῆς Μαρίας ἐποίησε, καὶ τοῦτο ἐνεδύσατο, ἀλλ' οὐκ ἤνεγκε τὸ σῶμα ἐξ οὐρανοῦ. τὸ πνεῦμα τὸ οὐράνιον ἐν τῷ Ἀδὰμ εἰσελθὸν ἐνηργάσατο, καὶ τοῦτον συνεκέρασε τῇ θεότητι, καὶ

cum nihil in terris possideamus, transeamus ad cœlum, vbi habemus thesaurum, & vbi negotiati sumus. Incipit mens tua ad sublimia emergere, & superiora indagare & in eo proficere.

§. IX. Verum quid innuit serpens ille mortuus, qui sublimitati ligni affixus, sanabat percussos? Serpens ille mortuus viuos superabat, vt typus sit corporis Domini. Corpus enim, quod assumsit ex Maria, exaltauit in cruce, suspendit & affixit ligno: & ita serpentem in corde viuentem & repentem corpus mortuum vicit & occidit. Hic miraculum magnum! quomodo serpens mortuus occiderit viuum! At quemadmodum fecit Moses nouum opus, cum similitudinem viui serpentis effingeret: sic quoque Dominus nouum opus ex Maria condidit, & hoc induit, non autem attulit corpus ex cœlo. Spiritum cœlestem, qui Adamum ingrediebatur, creauit, & hunc permiscuit diuinitati, &

induit carnem humanam, eamque formauit in vtero. Sicut ergo ſerpentem æneum vsque ad Moſen non iuſſit Dominus in mundo fieri: ita corpus nouum & peccati expers vsque ad Dominum non apparuit in mundo. Poſtquam enim primus Adam mandatum Dei transgreſſus eſt, regnauit mors in vniuerſos eius filios: ſuperauit ergo corpus mortuum ſerpentem viuum.

§. X. Et hoc miraculum Iudæis quidem offendiculum, Græcis autem ſtultitia eſt. Quid enim apoſtolus
1. Cor. 1, ait: *Nos autem prædicamus*
23. 24. *Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem offendiculum, Græcis vero ſtultitiam, nobis vero, qui ſeruamur, Chriſtum Dei potentiam, ac Dei ſapientiam.* In corpore enim mortuo vita eſt: hic redemtio, hic lumen; hic accedit ad mortem, & diſputat cum ea Dominus, ac mandat, vt eiiciat ex inferno & morte animas, ac reddat eas ſibi. Ecce hæc hiſce perculſa, adit miniſtros ſuos,

ἐνεδύσατο ἀνθρωπίνην σάρκα, καὶ ἐμόρφωσεν ἐν τῇ μήτρᾳ. ὥσπερ οὖν ὄφις χαλκοῦς ἕως τοῦ Μωσέως οὐκ ἐκελεύθη ὑπὸ τοῦ κυρίου ἐν κόσμῳ γενέσθαι· οὕτω δὴ σῶμα καινὸν καὶ ἀναμάρτητον, ἕως τοῦ κυρίου οὐκ ἐφάνη ἐν τῷ κόσμῳ· παραβάντος γὰρ τὴν ἐντολὴν τοῦ πρώτου Ἀδὰμ, ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος ἐπὶ ὅλα τὰ τέκνα αὐτοῦ· ἐνίκησεν οὖν νεκρὸν σῶμα τὸν ζῶντα ὄφιν.

§. X. Καὶ τοῦτο τὸ θαυμάσιον, Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον, ἕλλησι δὲ μωρία. τί δὲ λέγει ὁ ἀπόστολος· ἡμεῖς δὲ κηρύσσομεν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ τοῦτον ἐσταυρωμένον, Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον, ἕλλησι δὲ μωρίαν, ἡμῖν δὲ τοῖς σωζομένοις Χριστὸν θεοῦ δύναμιν, καὶ θεοῦ σοφίαν· ἐν γὰρ τῷ νεκρῷ σώματι ἡ ζωή. ὧδε ἡ ἀπολύτρωσις, ὧδε τὸ φῶς, ὧδε ἔρχεται πρὸς τὸν θάνατον, καὶ διαλέγεται αὐτῷ ὁ κύριος, καὶ προστάσσει τοῦ ἐκβαλεῖν ἐκ τοῦ ᾅδου καὶ τοῦ θανάτου τὰς ψυχὰς, καὶ ἀποδοῦναι αὐτῷ. ἰδοὺ οὖν οὗτος πρὸς ταῦτα ταρασσόμενος εἰσέρχεται πρὸς τοὺς διακόνους αὐτοῦ, καὶ

καὶ συνάγει πάσας τὰς δυνάμεις, καὶ προσφέρει ὁ ἄρχων τῆς πονηρίας τὰ χειρόγραφα, καὶ λέγει· ἴδε οὗτοι ὑπήκουσαν τῷ λόγῳ μου, ἴδε πῶς προσεκύνησαν ἡμῖν οἱ ἄνθρωποι· ὁ δὲ Θεὸς δικαιοκρίτης ὢν, κἀκεῖ δείκνυσι τὸ δίκαιον αὐτοῦ καὶ λέγει αὐτῷ, ὑπήκουσέ σοι ὁ Ἀδὰμ, καὶ κατέσχες αὐτοῦ πάσας τὰς καρδίας· ὑπήκουσέ σοι ἡ ἀνθρωπότης, τὸ ἐμὸν σῶμα τί ποιεῖ ὧδε· τοῦτο ἀναμάρτητόν ἐστιν. ἐκεῖνο τὸ σῶμα τοῦ πρώτου Ἀδὰμ ἐχρεώστησέ σοι, καὶ δικαίως αὐτοῦ κατέχεις τὰ χειρόγραφα· ἐμοὶ δὲ πάντες μαρτυροῦσιν, ὅτι οὐχ ἥμαρτον· οὐ χρεωστῶ σοι οὐδέν· καὶ ὅτι υἱός εἰμι τοῦ Θεοῦ, πάντες μοι μαρτυροῦσιν· ἐπάνω γὰρ τῶν οὐρανῶν ἐμαρτύρησε φωνὴ ἐλθοῦσα ἐπὶ τῆς γῆς, οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς· αὐτοῦ ἀκούετε· Ἰωάννης μαρτυρεῖ, ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου· καὶ πάλιν ἡ γραφὴ, ὃς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν αὐτῷ· καὶ ὅτι ἔρχεται ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου, καὶ ἐν ἐμοὶ εὑρήσει οὐ-

congregatque omnes potestates ac principes malitiæ, adducit chirographa, & dicit: *ecce hi obedierunt verbo meo! ecce quomodo adorarunt nos mortales!* Deus autem, qui est iustus iudex, illic ostendit iustitiam suam, ac dicit ad eum: *Paruit tibi Adam, & obtinuisti inde omne cor eius. Obtemperauit tibi humanitas, meum corpus autem quid facit hic? Hoc peccati est expers. Corpus illud primi Adæ obligatum tibi est, & iure ob id eius chirographa obtines. Mibi autem omnes perbibent testimonium, quod non peccauerim, nibil tibi debeo, & quod sim filius Dei vniuersi mibi attestantur. Desuper enim ex cælis in terram veniens vox testimonium tulit:* Hic est filius meus dile- *Matth.*
ctus, ipsum audite. *Iohannes testatur:* Ecce, Agnus Dei, qui tollit peccata mundi. *Et iterum scriptura:* Qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in eo. *Et,* venit princeps huius mundi, & in me non habet quic-

III, 16. XVII, 5. Ioh. I, 29. Ies. LIII, 9. Ioh. XIV, 30.

quam. *Quinimo tu ipse satana de me testaris dicens:*
Marc. III, 11. Matth. IIX, 29. Noui te quod sis filius Dei. *Et iterum:* Quid rei nobis tecum est IESV NAZARENE? venisti huc ad cruciandum nos ante tempus? *Tres ergo mihi testimonium perhibent, qui desuper e cœlis vocem emittit, & qui sunt in terra, & tu ipse. Redimo igitur corpus tibi venditum a primo Ada: dissoluo tua chirographa: ego enim satisfeci pro debitis Adæ, dum crucifixus sum, & in infernum descendi. Et mando tibi inferne, tenebræ & mors, emitte inclusas animas Adæ.* Sicque tandem improbæ potestates, metu perculsæ restituunt inclusum Adam.

§. XI. Verum si audieris, quod illo tempore liberarit animas ex inferno & tenebris, & quod ad inferos descenderit Dominus, & perfecerit opus præclarum, ne longe ab anima tua hæc negotia abesse existimes. Homo siquidem facile capit &

δεῖν. καὶ σὺ δὲ αὐτὸς σατανᾶς μαρτυρεῖς μοι λέγων, οἶδά σε τίς εἶ, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ· καὶ πάλιν, τί ἡμῖν καὶ σοὶ Ἰησοῦ Ναζαρηνὲ, ἦλθες πρὸ καιροῦ βασανίσαι ἡμᾶς. τρεῖς μοι μαρτυροῦσιν, ὁ ἐπάνω τῶν οὐρανῶν φωνὴν ἀφίησιν, οἱ ἐπὶ γῆς, καὶ σὺ αὐτός. ἐξαγοράζω οὖν τὸ σῶμα τὸ πραθέν σοι διὰ τοῦ πρώτου Ἀδὰμ, παραλύω σου τὰ χειρόγραφα. ἐγὼ γὰρ ἀπέδωκα τὰ χρέα τοῦ Ἀδὰμ σταυρωθεὶς καὶ κατελθὼν ἐν τῷ ᾅδῃ· καὶ κελεύω σοι ᾅδη, καὶ σκότος, καὶ θάνατε, ἔκβαλε τὰς ἐγκεκλεισμένας ψυχὰς τοῦ Ἀδάμ. καὶ οὕτω λοιπὸν αἱ πονηραὶ δυνάμεις τρομάξασαι ἀποδιδοῦσι τὸν ἐγκεκλεισμένον Ἀδάμ.

§. XI. Ἀλλ' ὅταν ἀκούσῃς, ὅτι ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἐρρύσατο τὰς ψυχὰς ἐκ τοῦ ᾅδου, καὶ τοῦ σκότους, καὶ ὅτι κατῆλθεν εἰς τὸν ᾅδην ὁ κύριος, καὶ ἐποίησεν ἔνδοξον ἔργον, μὴ μακρὰν ἀπὸ τῆς ψυχῆς σου τὰ πράγματα ταῦτα εἶναι νομίσῃς· ὁ γὰρ ἄνθρωπος ἐστι χωρητικὸς καὶ δεκτι-

διαβολικὸς τοῦ πονηροῦ· κατέχει γὰρ ὁ θάνατος τὰς ψυχὰς τοῦ Ἀδὰμ, καὶ ἔσω τοῦ σκότους εἰσὶν οἱ λογισμοὶ τῆς ψυχῆς ἐγκεκλεισμένοι· καὶ ὅταν ἀκούσῃς περὶ μνημείων, μὴ τὰ φαινόμενα λογίσῃ μόνον· μνημεῖον γὰρ καὶ τάφος ἡ καρδία σού ἐστιν. ὅταν γὰρ ὁ ἄρχων τῆς κακίας, καὶ οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ ἐκεῖ ἐμφωλεύωσι, καὶ ὅταν τὰς τρίβους καὶ τὰς διόδους ἐκεῖ ποιῶνται, ὅπου ἐμπεριπατοῦσιν αἱ δυνάμεις τοῦ σατανᾶ εἰς τὸν νοῦν σου καὶ εἰς τοὺς λογισμούς σου, οὐχὶ ᾅδης, καὶ τάφος, καὶ μνημεῖον, καὶ νεκρὸς εἶ τῷ Θεῷ; ἐκεῖ γὰρ ὁ σατανᾶς ἀργύριον ἀδόκιμον ἐχάραξεν. ἐν τῇ ψυχῇ ταύτῃ ἔσπειρε σπέρματα πικρίας· ἐζύμωσε ζύμῃ παλαιᾷ· βρύει ἐκεῖ πηγὴ βορβόρου. ἔρχεται οὖν ὁ κύριος εἰς τὰς ἐπιζητούσας αὐτὸν ψυχὰς, εἰς τὸ βάθος τοῦ ᾅδου τῆς καρδίας, κἀκεῖ προστάσσει τῷ θανάτῳ λέγων, ἔκβαλε τὰς ἐγκεκλεισμένας ψυχὰς, τὰς ἐμὲ ἐπιζητούσας, ἃς κατέχεις βιαίως. διαρρήσσει οὖν τοὺς βαρεῖς λίθους ἐπικειμένους τῇ ψυχῇ,

ſuſcipit malum. Detinet enim mors animam Adæ, & in tenebris ſunt incluſæ cogitationes animæ. Et cum audieris de monumentis, ne de rebus ſub adſpectum cadentibus tandem cogites: monumentum enim & ſepulchrum cor tuum eſt. Cum enim princeps nequitiæ, & angeli eius illic nidum compoſuerint, illicque vias & itinera confecerint, quibus inambulent poteſtates ſatanæ in mente tua, & cogitationibus tuis, nonne infernus, & ſepulchrum, & monumentum, & mortuus Deo es? Illic enim ſatanas argentum reprobum impreſſit: in anima hac ſeminauit ſemina amara, & fermentauit fermento veteri: ſcaturit illic fons luti. Deſcendit ergo Dominus in animas eum inquirentes, in profunditatem inferni cordis, illicque mandat morti, dicens: *emitte animas incluſas me quærentes, quas vi detines*. Perrumpit igitur graves lapides, impoſitos animæ,

aperit monumenta, reſuſcitat vere mortuum, & educit e carcere tenebroſo animam incluſam.

§. XII. Quemadmodum ſi homo ſit vinctus catenis manibus pedibusque, & veniat aliquis qui vincula ipſius ſoluat, & dimittat eum, vt liber ambulet in propatulo: ſic animam catenis mortis vinctam ſoluit Dominus a vinculis, & dimittit illam, ac liberat mentem, vt absque moleſtia & cum quiete ambulet in aërem diuinum. Perinde ac ſi quis homo in pleno ac medio flumine demerſus in aqua, iaceat mortuus, ſuffocatus in medio horrendorum & crudelium animalium: & ſi quis alius natandi ignarus velit hunc in aquam collapſum ſeruare, ipſe ſimul pereat & ſuffocetur; certe opus hic perito natandi artifice eſt, vt ingreſſus in profundum aquæ ſinum, illic aquas ſubeat: & referat eum qui demerſus in medio belluarum

ἀνοίγει τὰ μνημεῖα, ἀνιστᾷ τὸν ἀληθινὸν νεκρὸν, ἐκβάλλει ἐκ τῆς σκοτεινῆς φυλακῆς τὴν ἐγκεκλεισμένην ψυχήν.

§. XII. Ὃν τρόπον ἐὰν ᾖ ἄνθρωπος δεδεμένος χεῖρας καὶ πόδας ἁλύσεσι, καὶ ἔλθῃ τις ὁ διαλύων αὐτοῦ τὰ δεσμὰ, καὶ ἀφῇ αὐτὸν ἐλεύθερον περιπατεῖν ἐν ἀνεκλόστως· οὕτω τὴν δεδεμένην ψυχὴν ταῖς ἁλύσεσι τοῦ θανάτου, λύει ὁ κύριος ἀπὸ δεσμῶν, καὶ ἀφίησιν αὐτὴν, καὶ ἐλευθεροῖ τὸν νοῦν τοῦ ἀκόπως ἐν ἀναπαύσει περιπατεῖν εἰς τὸν θεϊκὸν ἀέρα· ὥσπερ ἐὰν ᾖ ἄνθρωπος ἐν πλησμονῇ ποταμοῦ ἐν μέσῳ, καὶ καταβυθισθεὶς ἐν τῷ ὕδατι κεῖται νεκρὸς, πεπνιγμένος ἀναμέσον δεινῶν θηρίων καὶ εἰ θελήσει ἄλλος ἄνθρωπος ἄπειρος τοῦ κολυμβᾷν, διασῶσαι τὸν ἐμπεσόντα, καὶ αὐτὸς συναπόλλυται καὶ πνίγεται. λοιπὸν οὖν ὧδε ἐμπείρου κολυμβητοῦ, καὶ τεχνίτου χρεία, ἵνα εἰσελθὼν εἰς τὸ βάθος τοῦ κόλπου τοῦ ὕδατος ἐκεῖ καταδύσῃ καὶ ἀνενέγκῃ τὸν καταπεποντισμένον καὶ ὄντα ἀναμέσον τῶν θηρίων·

τὸ δὲ τὸ ὕδωρ
ἔμπειρον καὶ
ἴσῃ, βοηθεῖ τῷ-
ναφέρει αὐτὸν
τέρα μέρη ὕ-
ἡ εἰς ἄβυσσον
εἰς τὸ βάθος τοῦ
καταποντισθεῖ-
αι, καὶ νεκρὰ
ῦ Θεοῦ ἀναμέ-
θηρίων· καὶ τίς δύ-
ταμεῖα ἐκεῖ-
ἴδη τοῦ ᾅδου καὶ
κατελθεῖν, εἰ
τεχνίτης ὁ ἐρ-
τὸ σῶμα;
ται εἰς τὰ δύο
βάθος τοῦ ᾅ-
λιν εἰς τὸν βα-
ν τῆς καρδίας,
ρεῖται ἡ ψυχὴ
νάτου σὺν τοῖς
αὐτοῖς, καὶ ἀνα-
σκοτεινοῦ βυ-
νεκρωμένον Α-
τὸς δὲ ὁ θάνα-
γυμνασίας εἰς
ἴνεται αὐτοῦ τοῦ
ὥσπερ τὸ ὕδωρ
ῦντι.

erat: & ipsa aqua, si quando peritum artis natandi artificem nacta fuerit, ipsum adiuuat, & tollit in superficiem aquæ. Eodem modo anima in abyssum tenebrarum & profunditatem mortis demersa, suffocata, & mortua est a Deo in medio ferocium animalium. Et quis potest in penetralia illa & profunda inferni & mortis descendere, nisi ipse opifex, qui condidit corpus? Ipse penetrat duas partes, profundum scilicet inferni, & profundum sinum cordis, vbi detinetur anima a morte cum omnibus suis cogitationibus, atque educit ex tenebrosa profunditate mortuum Adam. Ipsa quoque mors exercitationis gratia adiumento est ipsi homini, veluti aqua natanti.

Τί γὰρ δυσχε-
Θεῷ εἰσελθεῖν
ατον, καὶ πάλιν
θὺν κόλπον τῆς
ἐκεῖθεν ἀνακα-
τὸν νενεκρωμέ-
ἐν γὰρ τῷ φαι-
νῷ εἰσὶν οἰκίαι

§. XIII. Quod enim est difficile Deo penetrare mortem & profundum sinum cordis, ac inde reuocare mortuum Adam? In hoc enim præsenti seculo sunt habitationes

& mansiones, vbi homines habitent: & sunt quoque vbi belluæ, leones, dracones, & aliæ venenum emittentes feræ habitent. Si igitur sol, qui est creatura, quocunque penetrat, fenestras, aut ianuas, tam speluncas leonum, quam cauernas reptilium, & egressus nequicquam læditur: quando magis Deus & Dominus omnium, ingressus nidos & domicilia, vbi mors habitat, atque etiam animas, & illinc eripiens Adam, nulla iniuria afficitur? Ac pluuia e cœlo descendens ad intimas terræ partes vsque pertingit, vbi exsiccatas radices rursus humectat & renouat, ac producit germen nouum.

§. XIV. Alius est, qui certamine & bello cum satana inito, afflictionem patitur: hic contritam habet animam: in solicitudine enim, luctu ac lacrymis constitutus est: duplicem eiusmodi homo personam sustinet. Si igitur in his negotiis firmus permaneat, in bello Do-

καὶ οἰκοδομαὶ, ὅπου ἡ ἀνθρωπότης κατοικεῖ. καί εἰσιν ὅπου θηρία, λέοντες, ἢ δράκοντες, καὶ ἄλλα ἰοβόλα θηρία· εἰ τοίνυν ὁ ἥλιος κτίσμα ὢν, εἰσέρχεται πανταχόθεν, διὰ τῶν θυρίδων ἤτοι θυρῶν καὶ εἰς τὰ σπήλαια τῶν λεόντων, καὶ εἰς τὰς ὀπὰς τῶν ἑρπετῶν, καὶ ἐξέρχεται, καὶ οὐδὲν βλάπτεται· πόσῳ μᾶλλον ὁ Θεὸς καὶ δεσπότης πάντων εἰσέρχεται εἰς τοὺς φωλεοὺς, καὶ εἰς τοὺς οἴκους, ὅπου κατεσκήνωσεν ὁ θάνατος, καὶ εἰς τὰς ψυχὰς, κἀκεῖθεν ῥυόμενος τὸν Ἀδὰμ οὐκ ἀδικεῖται ὑπὸ τοῦ θανάτου; καὶ ὁ ὑετὸς ἐξ οὐρανοῦ κατερχόμενος, φθάνει καὶ ἔρχεται εἰς τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς, κἀκεῖθεν τὰς ξηρανθείσας ῥίζας ἀνύγρανε καὶ ἀνεκαίνισε, καὶ ἐποίησεν ἐκεῖ γέννημα καινόν.

§. XIV. Ἄλλος ἐστὶν ὁ ἔχων ἀγῶνα, καὶ θλίψιν, καὶ πόλεμον πρὸς τὸν σατανᾶν· οὗτος συντετριμμένην ἔχει τὴν ψυχὴν αὐτοῦ· ἐν μερίμνῃ γάρ ἐστι καὶ πένθει καὶ δάκρυσιν. εἰς δύο πρόσωπα ἵστηκεν ὁ τοιοῦτος· εἰ τοίνυν ἐν τούτοις πράγμασιν ἵστηκεν οὗτος, εἰς τὸν πόλεμον

μον μετ' αὐτοῦ ἐστιν ὁ κύριος καὶ φυλάσσει αὐτόν· ἐπιζητεῖ γὰρ σπουδαίως καὶ κρούει τὴν θύραν, πότε αὐτῷ ἀνοίγῃ. πάλιν δὲ εἰ φαίνεταί σοι ἀδελφὸς ἀγαθὸς ὢν, ὑπὸ τῆς χάριτός ἐστιν ἐστηριγμένος· ὁ δὲ μὴ ἔχων θεμέλιον, οὐκ ἔχει τοσοῦτον φόβον θεοῦ, οὐ συντετρίπται αὐτοῦ ἡ καρδία, οὔτε ἐστὶν ἐν φόβῳ, οὔτε ἀσφαλίζεται αὐτοῦ τὴν καρδίαν καὶ τὰ μέλη τοῦ μὴ ἀτάκτως περιπατεῖν· οὗτος ἀκμὴν ἀπολελυμένην ἔχει τὴν ψυχὴν αὐτοῦ· οὔπω γὰρ εἰσῆλθεν εἰς ἀγῶνα. ἄλλος οὖν ἐστιν ὁ ἐν ἀγῶνι καὶ θλίψει, καὶ ἄλλος ὁ μὴ εἰδώς τί ἐστι πόλεμος· καὶ γὰρ τὰ σπέρματα ὅταν βληθῇ εἰς τὴν γῆν, θλίψιν ὑπομένει εἰς τοὺς πάγους, εἰς τὸν χειμῶνα, εἰς τὴν ψυχρότητα τῶν ἀέρων· καὶ ἐν τῷ δέοντι καιρῷ ἀναζωοποιεῖται τὸ γέννημα.

§. XV. Συμβαίνει δὲ ὅτι ὁ σατανᾶς διαλέγεταί σοι ἐν τῇ καρδίᾳ· ἴδε πόσα κακὰ ἐποίησας, ἰδοὺ πόσων μανιῶν πεπλήρωταί σου ἡ ψυχή, καὶ βεβαρημένος εἶ ἀπὸ ἁμαρτιῶν, ὅτι οὐκέτι δύ-

minus ei adest & conseruat eum, quia quærit assidue & pulsat ianuam, quando ei aperiat. Iterum vero, si appareat tibi frater strenuus eo in bello, a gratia est confirmatus: qui vero fundamentum non habet, non tantopere Deum timet, nec contritum est cor eius, nec in metu est, nec obseruat cor suum, & membra, ne inordinate ambulent: eiusmodi adhuc dissolutam habet animam suam; nondum enim prœlium ingressus est. Alius igitur est, qui in bello & afflictione est, & alius qui rei militaris ignarus adhuc est. Etenim semina, quoque in terram missa afflictionem sustinent, in gelu, hyeme, & frigore aëris: ac deinceps debito tempore reuiuiscit germen.

§. XV. Contingit autem interdum, vt satanas in corde tecum disputet, scilicet: *ecce quanta mala commisisti, ecce quanta insania anima tua repleta est, & quam onustus es peccatis, vt amplius sal-*

vari non possis. Hæc autem ideo facit, vt te in desperationem deducat, & quia non est accepta & grata tua pœnitentia. Postquam enim per transgressionem malitia introiuit, postea singulis horis disputat cum anima, vt homo cum homine. Responde tu quoque sic: *habeo testimonia Domini, scripto consignata: Nolo mortem peccatorum, sed pœnitentiam, vt conuertatur ipse a via peruersa, & viuat.* Propterea enim descendit Dominus, vt peccatores salvaret, mortuos suscitaret, & a morte vulneratos viuificaret, & eos qui in tenebris erant, illuminaret. Vere enim Dominus adueniens, vocauit nos in adoptionem filiorum, ad sanctam & pacis studiosam ciuitatem, ad vitam nunquam perituram, ad gloriam incorruptibilem; modo nos principio bonum finem superstruamus, perseuerantes in paupertate, peregrinatione, afflictione & postulatione erga Deum, absque vllo pu-

διώκεσθαι σωθῆναι· ταῦτα δὲ ποιεῖ, ἵνα ἐνέγκῃ σε εἰς ἀπελπισμὸν, καὶ ὅτι οὐκ ἔστιν εὐπρόσδεκτος ἡ μετάνοιά σου· ἐπειδὴ γὰρ παρεισῆλθε διὰ τῆς παραβάσεως ἡ κακία, λοιπὸν καθ' ἑκάστην ὥραν διαλέγεται τῇ ψυχῇ ὡς ἄνθρωπος μετὰ ἀνθρώπου· ἀποκρίθητι αὐτῷ καὶ σὺ, ὅτι ἔχω τὰς μαρτυρίας τοῦ κυρίου ἐγγράφους, καὶ ὅτι οὐ βούλομαι τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὴν μετάνοιαν, καὶ τὸ ἀποστραφῆναι αὐτὸν ἀπὸ τῆς ὁδοῦ τῆς πονηρᾶς, καὶ ζῆν αὐτόν· διὰ τοῦτο γὰρ κατῆλθεν αὐτὸς, ἵνα τοὺς ἁμαρτωλοὺς σώσῃ, τοὺς νεκροὺς ἀνεγείρῃ, τοὺς τεθανατωμένους ζωοποιήσῃ, τοὺς ἐν τῷ σκότει φωτίσῃ· ἀληθῶς γὰρ ἐλθὼν εἰς υἱοθεσίαν ἡμᾶς κάλεσεν, εἰς πόλιν ἁγίαν, εἰρηνευομένην, εἰς ζωὴν τὴν μηδέποτε ἀποθνήσκουσαν, εἰς δόξαν ἄφθαρτον· μόνον ἡμεῖς τῇ ἀρχῇ ἡμῶν δῶμεν τέλος ἀγαθόν· ἐμμείνωμεν τῇ πτωχείᾳ, τῇ ξενιτείᾳ, τῇ κακουχίᾳ, τῇ αἰτήσει τῇ πρὸς τὸν θεὸν, μετὰ ἀναιδείας κρου-

μόντες τὴν θύραν· ...περ γὰρ ἐγγύς ἐστι τὸ ...μα τῆς ψυχῆς, οὕτως ...γγύτερος ὁ κύριος τοῦ ...θεῖν καὶ ἀνοῖξαι τὰς ...κλεισμένας θύρας τῆς ...ρδίας, καὶ δωρήσα-...σθαι ἡμῖν τὸν πλοῦτον τὸν ...άνιον· ἀγαθὸς γάρ ἐστι ...ὶ φιλάνθρωπος, καὶ ...ευδεῖς εἰσιν αὐτοῦ αἱ ...παγγελίαι, μόνον ἐὰν ...πομείνωμεν ἕως τέλους ...ζητοῦντες αὐτόν· δό-...α τοῖς οἰκτιρμοῖς πα-...ρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου ...νεύματος, εἰς τοὺς αἰῶ-...ας. ἀμήν.

dore pulſantes ianuam. Quemadmodum enim corpus propinquum eſt animæ: ita propior eſt Dominus ad veniendum & aperiendum occluſas fores cordis, & ad largiendum nobis diuitias cœleſtes. Bonus ſiquidem eſt & hominum amans; & falſitate eius promiſſiones carent, modo nos perſeueremus ad finem vſque in ſtudio eum quærendi. Gloria miſerationibus patris & filii & Spiritus ſancti. Amen.

...ΟΜΙΛΙΑ ιβʹ

...ερὶ τῆς στάσεως τοῦ Α-...ὰμ πρὸ τοῦ παραβῆναι ...τὸν τὴν ἐντολὴν τοῦ ...οῦ· καὶ μετὰ τὸ αὐτὸν ...πολέσαι καὶ τὴν ἰδίαν ...κόνα καὶ τὴν ἐπουρά-...ιον· Συνέχει καὶ ἡ ὁμι-...ία ζητήσεις τινὰς πάνυ ὠφελίμους.

Homilia XII.

De ſtatu Adæ, antequam transgrederetur mandatum Dei: & poſtquam amiſit propriam ac cœleſtem imaginem. Continet quoque Homilia quaſdam quæſtiones valde vtiles.

§. I.

Ὁ Ἀδὰμ τὴν ἐντολὴν παραβὰς, κατὰ δύο τρόπους ...ώλετο· ἕνα μὲν, ὅτι ...ώλεσε τὸ κτῆμα τὸ ...θαρὸν τῆς φύσεως αὐτοῦ,

§. I.

Adam transgreſſus mandatum, duobus modis periit: vno quidem, quod perdidit poſſeſſionem puram naturæ ſuæ,

speciosam, & secundum imaginem ac similitudinem Dei conditam: altero vero, quod perdidit ipsam imaginem, in qua reposita ei erat iuxta promissionem, tota hæreditas cœlestis. Perinde ac si sit moneta, imagine regis insignita, quæ si adulteretur, & aurum perit, & imago nullius est pretii: tale quippiam euenit Adæ; ingentes siquidem diuitiæ, & magna hæreditas ei præparata erat. Perinde ac si sit prædium amplum, illudque multos habeat reditus, in quo sit vinea fructuosa; illicque sint fertiles agri, illic greges, illicque aurum & argentum: ita vas Adæ ante inobedientiam erat tanquam prædium quoddam pretiosum. Verum vbi prauis commentis & cogitationibus se inuoluit, periit a Deo.

§. II. Non tamen dicimus, quod totus perierit, & exstinctus ac mortuus sit: a conspectu Dei quidem mortuus est, sua autem natura viuit. Ecce enim vniuersus mundus ambulat in terra, &

τὸ ὡραῖον, τὸ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν Θεοῦ· ἕτερον δὲ, ὅτι ἀπώλεσεν αὐτὴν τὴν εἰκόνα, ἐν ᾗ ἀπέκειτο αὐτῷ κατ' ἐπαγγελίαν ἡ ἐπουράνιος πᾶσα κληρονομία· ὥσπερ ἐὰν ᾖ νόμισμα, τὴν εἰκόνα τοῦ βασιλέως ἔχον, καὶ τοῦτο παραχαραχθῇ, ὁ χρυσός τε ἀπώλετο, καὶ ἡ εἰκὼν οὐ χρησιμεύει, τοιοῦτον ἔπαθε καὶ ὁ Ἀδάμ· μέγας γὰρ πλοῦτος καὶ μεγάλη ἡ κληρονομία εὐτρέπιστο αὐτῷ· ὥσπερ ἐὰν ᾖ χωρίον μέγα, καὶ τοῦτο ἔχῃ προσόδους πολλὰς, ἐκεῖ ἄμπελος εὐθυνοῦσα, ἐκεῖ χῶραι εὐφοροῦσαι, ἐκεῖ ἀγέλαι, ἐκεῖ χρυσὸς καὶ ἄργυρος· οὕτως ἦν τίμιον τὸ χωρίον πρὸ τῆς παρακοῆς, αὐτὸ τὸ σκεῦος τοῦ Ἀδάμ· ἀλλ' ἐπειδὴ κακὰ ἔσχε διανοήματα καὶ λογισμοὺς, ἀπώλετο ἀπὸ τοῦ Θεοῦ.

§. II. Οὐ λέγομεν δὲ ὅτι ἀπώλετο τὸ ὅλον καὶ ἠφανίσθη, καὶ ἀπέθανεν· ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἀπέθανε, τῇ δὲ ἰδίᾳ φύσει ζῇ· ἰδοὺ γὰρ ὅλος ὁ κόσμος περιπατεῖ ἐν τῇ γῇ, καὶ πραγ-

negotia peragit: at oculus Dei videt ipſam mentem ac cogitationes, & quaſi reſpicit & deſpicit, nec cum eis vllam ſocietatem init; quia nihil quod gratum ſit Deo cogitationibus moliuntur. Perinde ac ſi ſint diverſoria ac lupanaria, & loca, vbi omnia incompoſitis moribus ac intemperanter geruntur: poſtea ſi religioſi homines tranſeant, nonne exſecrantur? & videntes non vident? (ſunt enim illis quaſi mortua): ſic Devs auerſos a verbo ac mandato ſuo reſpicit quidem; attamen deſpicit eos, nec cum eis vllum commercium colit, nec requieſcit in cogitationibus illorum Dominus.

Interrogatio?

§. III. *Quomodo quis poteſt eſſe pauper ſpiritu, maxime cum ſenſerit apud ſe, ſe translatum eſſe ac profeciſſe, & cognitionem atque intelligentiam conſequutum eſſe, quo antea carebat?*

Reſponſio.

Quamdiu hæc quis poſſi-

det & proficit, non eſt pauper Spiritu, ſed de ſe ipſo ſic opinatur: quando vero peruenerit ad talem intelligentiam & profectum, ipſa gratia docet eum, qui reuera quidem iuſtus & electus Dei eſt, ne putet, ſe aliquid eſſe, ſed animo vili & abiecto ſe gerat, tanquam nihil ſciens aut habens, quamuis ſciat & habeat. Hoc vero tanquam naturale & infixum in mente hominum eſt. Nonne vides, primum patrem noſtrum
Geneſ. XIIX, 27. Abraham, cum eſſet electus, terram & cinerem ſeipſum nominaſſe? Et Dauid vn-
1 Sam. XVI, 13. ctus in regem, Deum habebat
Pſalm. XXII, 7. ſecum, & ſane quid ait? *Vermis ſum, & non homo, opprobrium hominis, & abiectio plebis.*

§. IV. Qui volunt igitur eſſe horum cohæredes, & ciues ciuitatis cœleſtis, & cum eis glorificari, debent hac humilitate animi eſſe ornati, & non exiſtimare, aliquid in ſe eſſe, ſed

ται, καὶ προκόπτει,
ἔστι πτωχὸς τῷ πνεύματ
ἀλλ' οἴεται περὶ ἑαυτ
ὅταν δὲ ἔλθῃ εἰς ταύτ
τὴν σύνεσιν, καὶ τ
προκοπὴν, αὐτὴ ἡ χά-
ρις διδάσκει αὐτὸν εἶνα
πτωχὸν τῷ πνεύματι, τ
ὄντα τινὰ δίκαιον κα
ἐκλεκτὸν Θεοῦ, μὴ
γεῖσθαί τι ἑαυτὸν εἶναι
ἀλλ' ἔχειν τὴν ψυχὴ
αὐτοῦ ἄτιμον, καὶ ἐξουδε-
νουμένην, ὡς μηδὲν εἰδό-
τα ἢ ἔχοντα, καίτοι εἰδό-
τα καὶ ἔχοντα. τοῦτο δ
ὡς φυσικὸν καὶ πηκτὸ
γίνεται ἐπὶ τῷ νοΐ τῶ
ἀνθρώπων. οὐχ ὁρᾷς
προπάτωρ ἡμῶν Ἀβρα-
ὰμ ὢν ἐκλεκτὸς, γῆ
ἑαυτὸν καὶ σποδὸν ἀνό-
μαζε; καὶ ὁ Δαβὶδ χρι-
σθεὶς εἰς βασιλέα, Θεὸ
εἶχε μεθ' ἑαυτοῦ· καὶ τ
λέγει· σκώληξ εἰμὶ κα
οὐκ ἄνθρωπος, ὄνειδος
ἀνθρώπων, καὶ ἐξουθένη-
μα λαῶν.

§. IV. Οἱ οὖν θέλοντε
τούτων εἶναι συγκληρο-
νόμοι, καὶ συμπολῖτα
τῆς πόλεως τῆς ἐπουρανίο
καὶ συνδοξασθῆναι αὐ-
τοῖς, ταύτην ὀφείλουσ
τὴν ταπεινοφροσύνη
ἔχειν, καὶ μὴ οἴεσθαι ἐ
ἑαυτοῖς εἶναί τι, ἀλλ'

ἔχειν

συντετριμμένην
…αρδίαν· εἰ γὰρ καὶ
…ρως εἰς ἕκαστον τῶν
…ιανῶν ἐνεργεῖ ἡ χά-
…ς διάφορα ἔχῃ μέ-
…όμως δὲ μιᾶς εἰσι
…ως οἱ πάντες, ὁμό-
…ι, ὁμόγλωττοι,
…ώσκοντες ἀλλήλους.
…ρ μέλη πολλά ἐστι
…ατι, μία δὲ ψυχὴ
…σιν ἡ κινοῦσα ταῦ-
…ὕτως ἓν πνεῦμα
…ῶν ἐν πᾶσι διαφό-
μιᾶς δέ εἰσι πό-
, μιᾶς ὁδοῦ· πάν-
γὰρ οἱ δίκαιοι τὴν
καὶ τεθλιμμένην
…ώδευσαν, διω-
…οι, κακουχούμενοι,
…ζόμενοι, ἐν αἰγεί-
…έρμασι ζῶντες, ἐν
…αίοις, ἐν ταῖς ὀπαῖς
…ς· ὁμοίως καὶ οἱ ἀ-
…λοι, ἕως τῆς ἄρτι ὥρας
καὶ πεινῶμεν, καὶ
…μεν, καὶ γυμνητεύο-
καὶ ὀνειδιζόμεθα,
…ατοῦμεν· ὧν οἱ μὲν
…φαλίσθησαν, οἱ
…αυρώθησαν, ἄλλοι
…φόρως ἐθλίβησαν·
δὲ ὁ δεσπότης
…τῶν τε καὶ ἀποστό-
ὥσπερ ἐπιλαθόμε-
…ῆς θείας δόξης,

cor contritum habere. Quamuis enim gratia in singulis christianis diuersimode operetur, & diuersa membra habeat; omnes tamen sunt eiusdem ciuitatis, animi & linguæ, se mutuo cognoscentes. Sicut in corpore membra sunt multa, vna autem in omnibus anima, ista mouens: ita Spiritus vnus operatur in omnibus diuersimode, eiusdem tamen sunt ciuitatis, eiusdem viæ. Iusti enim omnes angustam & arctam viam ambularunt, sustinentes persecutionem, *afflictionem, & contumelias, ac viuentes in pellibus caprinis, in speluncis & cauernis terræ.* Ebr. XI, 37. 38. Similiter & apostoli ad hanc vsque horam dicunt: *& esurimus & sitimus, nudi sumus, contumeliis afficimur, & instabiles sine sede viuimus.* Quorum nonnulli sunt capitis supplicio affecti, quidam vero cruci affixi, alii vero variis modis afflicti. Insuper ipse Dominus prophetarum & apostolorum, oblitus quasi diuinæ gloriæ,

quomodo conuersatus est? ille nobis in exemplum factus, summa cum contume-
Matth. XXVII, 28. 29. lia coronam spineam in capite gestauit, sputa, colaphos & crucem sustinuit.

§. V. Si Deus in terris sic versatus est, tuum erit, vt eum imiteris: & si apostoli ac prophetæ sic conuersati sunt: nos quoque, si modo velimus fundamento Domini & apostolorum superædificari, eos imitari debemus. Inquit enim apostolus per Spiritum:
1. Cor. IV, 14. XI, 1. *Imitatores estote mei, sicut & ego Christi.* Quod si gloriam hominum expetis, & adorari coliue desideras, atque vitam voluptariam quæris,
Rom. IIX, 17. de via declinasti. Oportet enim te simul crucifigi cum crucifixo, simul pati cum eo, qui passus est, vt ita simul glorificeris cum glorificato. Necesse enim est, sponsam pati cum sponso, ac sic sociam ac cohæredem Christi fieri. Non enim conceditur, nisi per afflictiones, per asperam, angustam, ar-

πῶς διώδευσε; τύπο[ς]
ἡμῖν γιγνόμενος, δι[ὰ]
ὕβρεων στέφανον ἀκάνθι-
νον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἐφό-
ρεσεν, ἐμπτύσματα ὑπέ-
στη, ῥαπίσματα, σταυρὸν.

§. V. Εἰ ὁ Θεὸς οὕτω[ς]
διώδευσεν ἐπὶ τῆς γῆς, ὀ-
φείλεις καὶ σὺ μιμητὴς αὐ-
τοῦ γενέσθαι· καὶ οἱ ἀπό-
στολοι, καὶ οἱ προφῆται
οὕτως διώδευσαν· καὶ ἡ-
μεῖς, εἰ θέλομεν τῷ θε-
μελίῳ τοῦ κυρίου καὶ τῶν
ἀποστόλων ἐποικοδομη-
θῆναι, ὀφείλομεν μιμη-
ταὶ αὐτῶν γενέσθαι· λέγ[ει]
γὰρ ὁ ἀπόστολος ἐν πνεύ-
ματι ἁγίῳ, μιμηταί μου
γίνεσθε, καθὼς κἀγὼ
Χριστοῦ. εἰ δὲ ἀγαπᾷς
δόξας ἀνθρώπων, καὶ
προσκυνεῖσθαι θέλεις, καὶ
ἀνάπαυσιν ζητεῖς, ἐξέ-
τραπης τῆς ὁδοῦ· χρὴ γὰρ
σε συσταυρωθῆναι τῷ
σταυρωθέντι, συμπαθεῖν
τῷ παθόντι, ἵνα οὕτως
συνδοξασθῇς τῷ δοξα-
σθέντι· ἀνάγκη γὰρ τὴν
νύμφην συμπαθεῖν τῷ
νυμφίῳ, καὶ οὕτω γενέσθαι
κοινωνὸν καὶ συγκληρο-
νόμον Χριστοῦ· οὐκ ἐγχω-
ρεῖ γὰρ ἄνευ παθημά-
των, καὶ τῆς τραχείας καὶ
στενῆς καὶ τεθλιμμένης
ὁδοῦ εἰσελθεῖν τινα εἰς

τὴν

τὴν πόλιν τῶν ἁγίων, καὶ ἀναπαύειν, καὶ συμβασιλεῦσαι τῷ βασιλεῖ εἰς τοὺς ἀπεράντους αἰῶνας.

ctamque viam ingredi ciuitatem ſanctorum, & requieſcere ac regnare cum rege in infinita ſecula.

Ἐρώτησις.

§. VI. Ἐπειδὴ ὅτι καὶ τὴν ἰδίαν εἰκόνα καὶ τὴν ἐπουράνιον ἀπώλεσεν ὁ Ἀδάμ, οὐκοῦν εἰ ἐκοινώνησε τῇ εἰκόνι τῇ ἐπουρανίῳ, εἶχε πνεῦμα ἅγιον;

Interrogatio?

§. VI. *Quoniam propriam ac cæleſtem imaginem perdidit Adam, igitur, ſi particeps fuit cæleſtis imaginis, habuit Spiritum ſanctum?*

Ἀπόκρισις.

Ἕως ὅτε ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ συνῆν αὐτῷ, καὶ ἡ ἐντολή, εἶχε πάντα· αὐτὸς γὰρ ὁ λόγος ἦν αὐτῷ κληρονομία, αὐτὸς ἔνδυμα καὶ δόξα σκέπουσα αὐτόν, αὐτὸς διδασκαλία· ὑπετίθετο γὰρ αὐτῷ καλέσαι πάντα, τοῦτο εἶπε οὐρανόν, τοῦτο ἥλιον, τοῦτο σελήνην, τοῦτο γῆν, τοῦτο πτηνόν, τοῦτο θηρίον, τοῦτο δένδρον, καθὼς ἐδιδάσκετο, οὕτως καὶ ἔλεγεν.

Reſponſio.

Quamdiu verbum Dei erat cum illo, habebat omnia. Ipſum enim verbum erat ei hæreditas, erat indumentum, & gloria eum operiens, ipſum erat doctrina. Data enim ei erat poteſtas nominandi omnia, hoc nominabat cœlum, illud ſolem; hoc lunam, illud terram; hoc volucrem, illud belluam, illud arborem; vt edocebatur, ita quoque nomina indiderat.

Ἐρώτησις.

§. VII. Αἴσθησιν εἶχε καὶ κοινωνίαν τοῦ πνεύματος;

Interrogatio?

§. VII. *Habebatne ſenſum, & participationem Spiritus ſancti?*

Ἀπόκρισις.

Αὐτὸς ὁ λόγος συνών, πάντα ἦν αὐτῷ, εἴτε γνῶσις, εἴτε αἴσθησις, εἴτε κληρονομία,

Reſponſio.

Verbum ipſum ei adhærens, erat ei omnia, & cognitio, & ſenſus, & hære-

ditas, & diſciplina. Quidnam enim Ioannes inquit de
Ioh. I, 1. verbo? *In principio erat verbum.* Vides, quod verbum omnia erat. Quod ſi extrinſecus ei adhærebat gloria, ne offendamur propterea, quia
Gen. II, 25. dicit: *quod nudi fuerint,* nec ſe mutuo videbant, at poſt transgreſſionem mandati, tunc ſe nudos perſpexerunt, ac pudore ſuffuſi ſunt.

Interrogatio?

§. IIX. *Ergo antea erant loco indumenti induti gloria Dei?*

Reſponſio.

Quemadmodum in prophetis operabatur Spiritus, & docebat eos, & intra eos erat, & extra eos apparebat: ſic quoque in Adam, quando volebat Spiritus, cum eo erat, & docebat ac præcipiebat: *ſic nomina, ſic appella.* Verbum ei erat omnia, & intra mandatum ſubſiſtebat, gratus erat Deo. Et ſane quid mirum, quod hoc in ſtatu degens, transgreſſus ſit mandatum, cum & ii, qui repleti ſunt Spiritu ſancto,

εἴτε διδασκαλία. καὶ Ἰωάννης τί λέγει περὶ τοῦ λόγου; ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος. ὁρᾷς ὅτι ὁ λόγος πάντα ἦν. εἰ δὲ καὶ ἔξωθεν συνῆν αὐτῷ δόξα, οὐ σκανδαλιζώμεθα ἐπὶ τούτῳ· καὶ γὰρ λέγει ὅτι γυμνοὶ ἦσαν, καὶ οὐκ ἔβλεπον ἀλλήλους, καὶ μετὰ τὸ παραβῆσαι τὴν ἐντολὴν, τότε εἶδον αὐτοὺς γυμνοὺς, καὶ ἠσχύνθησαν.

Ἐρώτησις.

§. IIX. Οὐκοῦν πρὸ τούτου ἦσαν ἀντὶ περιβολαίου ἐνδεδυμένοι δόξαν Θεοῦ;

Ἀπόκρισις.

Ὡς ἐπὶ τῶν προφητῶν ἐνήργει τὸ πνεῦμα καὶ ἐδίδασκεν αὐτοὺς, καὶ ἔσωθεν αὐτῶν ἦν, καὶ ἔξωθεν αὐτοῖς παρεφαίνετο· οὕτω καὶ εἰς τὸν Ἀδάμ, ὅτε ἤθελε τὸ πνεῦμα σὺν αὐτῷ ἦν· καὶ ἐδίδασκε καὶ ὑπετίθετο, οὕτως εἰπὲ καὶ λέγε· πάντα γὰρ ἦν ὁ λόγος αὐτῷ, καὶ ἕως ὅτε ἐνέμενε τῇ ἐντολῇ, φίλος ἦν Θεοῦ. καὶ τί θαυμαστὸν, εἰ ἐν τούτοις ὢν, παρέβη τὴν ἐντολὴν, ὁπότε καὶ οἱ πεπληρωμένοι πνεύματος ἁγίου,

ἔχου-

ἔχουσι τοὺς φυσικοὺς λογισμούς, καὶ ἔχουσι θέλημα τοῦ συμφωνῆσαι; οὕτως καὶ αὐτὸς συνὼν τῷ Θεῷ ἐν παραδείσῳ, ἀφ' ἑαυτοῦ ἰδίῳ θελήματι παρέβη, καὶ ὑπήκουσε μέρει πονηρῷ· πλὴν καὶ μετὰ τὴν παράβασιν ἔσχε γνῶσιν.

§. IX. Ἐρώτησις.

Ὁποίαν;

Ἀπόκρισις.

Ὥσπερ ὅταν συλληφθῇ λῃστὴς εἰς δικαστήριον, καὶ ἄρχηται κρίνεσθαι, λέγει αὐτῷ ὁ ἄρχων, ὅτε ἐποίεις τὰ κακά, οὐκ ᾔδεις, ὅτι συλληφθῆναι ἔχεις, καὶ ἀποθανεῖν; ἐκεῖνος οὐ τολμᾷ εἰπεῖν, ὅτι οὐκ ᾔδειν· οἶδε γάρ, καὶ τιμωρούμενος πάντα μνημονεύων ἐξομολογεῖται· καὶ ὁ πορνεύων, οὐκ οἶδεν ὅτι κακῶς ποιεῖ; καὶ ὁ κλέπτων, οὐκ οἶδεν ὅτι ἁμαρτάνει; οὕτως καὶ ἄνευ γραφῶν, οἱ ἄνθρωποι ἀπὸ τοῦ φυσικοῦ λογισμοῦ, οὐκ οἴδασιν, ὅτι Θεός ἐστιν; οὐ δύνανται ἐν τῇ

naturalibus cogitationibus occupati sint, habeantque voluntatem, quæ illis consentiat: ita quoque ipse Adam, cum esset cum Deo in Paradiso, ipse sua sponte transgressus est, & obtemperauit parti deteriori: at post transgressionem habuit cognitionem.

§.IX. *Interrogatio?*

Qualem?

Responsio.

Perinde ac si quando latro deprehensus ad supplicium rapitur, & accusari incipit, iudex ei dicit: *cum committeres mala, nunquid sciebas, quod comprehensus capitis pœna affici possis?* Ille non audet dicere: Non sciebam. Sciebat enim, & supplicio dum afficitur, omnia in memoriam reuocans confitetur. Item qui stuprum committit, nonne scit se male agere? & qui furtum, nonne scit se peccare? Sic etiam absque scripturis homines naturali ratione sola, nonne cognoscunt Deum esse? Non possunt itaque in illa

lina.

ditas, nes in

nam cipio

Ioh. I, 1. verbo quod

bum. Quod

om ebat

fec o

of

m. II, di

25.

...ὲς φυσικοὺς λο-
καὶ ἔχουσι θέλη-
...υμφωνῆσαι; οὕ-
αὐτὸς συνὼν τῷ
...αραδείσῳ, ἀφ'
ἰδίῳ θελήματι
, καὶ ὑπήκουσε
...ηρῷ πλὴν καὶ
παράβασιν ἔσχε

naturalibus cogitationibus occupati fint, habeantque voluntatem, quæ illis confentiat: ita quoque ipfe Adam, cum effet cum Deo in Paradifo, ipfe fua fponte transgreffus eft, & obtemperauit parti deteriori: at poft transgreffionem habuit cognitionem.

...Ἐρώτησις.

Ὁποίαν;

Ἀπόκρισις.

§. IX. *Interrogatio?*

Qualem?

Refponfio.

...ερ ἅπαν συλλη-
...ρτης εἰς δικαστή-
...ται ἄρχηται κρί-
...λέγει αὐτῷ ὁ ἄρ-
ἐποίεις τὰ κα-
ώσῃ, καὶ φωτίσῃ τῷ ἰδίῳ φωτὶ, καὶ άσῃ αὐτὴν τὰ ἑαυτοῦ ματα τῆς θεότητος άνια· ἐν δὲ τῇ ἀνα- τῶν σωμάτων, ὧν ώσονται καὶ προε- θήσαν αἱ ψυχαὶ, καὶ τὰ σώματα συν- ζονται, καὶ φωτί- τῇ ἀπὸ τοῦ νῦν πε- μένῃ καὶ δεδοξα- ψυχῇ· ἔστι γὰρ αὐ- ος καὶ σκηνὴ καὶ ὁ κύριος. τὸ οἰκη- δὲ τὸ ἐξ οὐρανοῦ τὸ ποίητον περιβέ- ται δόξαν φωτὸς, ὡς τέκνα φωτὸς μενοι. οὐ προσέξουσιν οις ὀφθαλμῷ πο- πονηρία γὰρ ἐξῆρ- ἔστιν ἐκεῖ ἄρσεν καὶ, δοῦλος καὶ ἐλεύ-. εἰς θεϊκὴν γὰρ ἅπαντες μετα- ται, χρηστοὶ, καὶ καὶ τέκνα θεοῦ γε- ἐκεῖ ἀνεπαισχύν- λαλήσει εἰρήνην ὸς ἀδελφῇ· ἐν ἐν Χριστῷ καὶ πάντες ἐν τὶ ἀναπαυόμε- Προσέξει ἕτερος ρῳ, καὶ ἐν τῷ εὐθέως πάλιν σεσθαι ἐκλάμ-

nigredine, illuminet eum suo lumine, atque amiciat eum suis ipsius indumentis diuinis & cœlestibus. In resurrectione autem corporum, quorum ante resurrexerint & gloria illustratæ fuerint animæ, tunc quoque corpora simul glorificabuntur & illustrabuntur cum anima, quæ nunc illuminata & illustrata fuit. Dominus enim est eorum domus, tabernaculum & ciuitas; domicilio vero cœlesti, non manufacto protecti sunt, gloria nimirum luminis diuini velut filii lucis effecti. Non intuebuntur se inuicem oculo prauo; malitia enim sublata est. Non est illic masculus & fœmina, seruus & liber. In diuinam enim naturam omnes transmutantur, benigni, dii & filii Dei facti. Illic absque vllo pudore tunc loquetur pacem frater cum sorore. Vnum siquidem sunt in Christo omnes, & omnes in vno lumine requiescunt. Attendet alter in alterum, & inter attendendum confestim denuo in veritate splen-

debunt, in vera contemplatione luminis arcani.

§. III. Adeo multiplicibus figuris, multa & varia gloria diuina se inuicem aſpicient: quisque ſtupore percutietur & exultabit exultatione ineffabili, animaduerſa alterius gloria. Vides quo pacto gloria Dei verbis explicari aut comprehendi nequeat, gloria ſcilicet luminis arcani, æternorum myſteriorum, & bonorum innumerabilium. Quemadmodum enim in rebus aciei oculorum ſubiectis, plantas terræ, ſemina aut flores varios non datum eſt cuipiam numero comprehendere, atque vt omnes opes terræ metiatur quispiam aut cognoſcat, fieri non poteſt; aut veluti animalia in mari degentia, aut numerum, aut genera, aut differentiam, aut menſuram aquæ eius, aut menſuram loci eius impoſſibile eſt vlli hominum comprehendere; aut veluti per aerem volantium volucrium numerum, aut genera aut varietates non licet cognoſcere; aut veluti magnit

ψυχαῖς, εἰς ἀληθιν
φωτὸς ἀῤῥήτου·
§. III. Οὕτω
λοῖς σχήμασι, καὶ
καὶ ποικίλαις
θεϊκαῖς ἀλλήλοι
ρῶσι, καὶ ἕκαστ
πλήσσεται καὶ ἀ
ἀγαλλιάσει ἀνεκ
τῳ, προσέχων τῇ
ρου δόξῃ. Ὁρᾷς
τοῦ Θεοῦ δόξαν ἀ
ἐστι καὶ ἀκατάληπτ
τος ἀῤῥήτου καὶ
μυστηρίων, καὶ
μάτων ἀγαθῶν
χουσα· ὥσπερ γὰρ
φαινομένοις τὰ
φυτά, ἢ σπέρμα
ἄνθη ποικίλα
τόν τινι καταλαβ
ριθμῷ, καὶ τὸν
πλοῦτον τῆς γῆς, ἀ
τόν τινι μετρῆσαι
σασθαι· ἢ ὥσπερ
θαλάσσῃ τὰ ἐν
ζῶα, ἢ τὸν ἀριθμ
τὰ γένη, ἢ τὴν
ρὰν, ἢ τὸ μέτρον
ὕδατος αὐτῆς, ἢ
τρον τοῦ τόπου αὐτ
νατόν τινι τῶν ἀνθρ
καταλαβεῖν· ἢ ὥσ
τῷ ἀέρι τὸν ἀριθμ
πετομένων ἢ τὰ γ
τὴν ποικιλίαν ἀδυ
γνῶναι· ἢ ὥσπερ

ρανοῦ μέγεθος, ἢ τὰς θέσεις τῶν ἀστέρων, ἢ τὸν δρόμον αὐτῶν ὡς ἐστὶν ἀδύνατον καταλαβεῖν· οὕτως ἐστὶν ἀδύνατον εἰπεῖν, ἢ διαγορεῦσαι τὸν πλοῦτον τῶν χριστιανῶν τὸν ἀμέτρητον, ἀπέραντον καὶ ἀκατάληπτον· εἰ γὰρ τὰ κτίσματα ταῦτα τοσοῦτον ἄπειρα καὶ ἀκατάληπτα τοῖς ἀνθρώποις τυγχάνει, πόσῳ μᾶλλον ὁ κτίσας καὶ κατασκευάσας αὐτά; ὀφείλει οὖν τις μᾶλλον ἀγαλλιασθῆναι καὶ χαρῆναι, ὅτι τοσοῦτος πλοῦτος καὶ κληρονομία τοῖς χριστιανοῖς ἑτοίμασται, ὥστε μηδένα δυνηθῆναι εἰπεῖν, ἢ ἐξαγορεῦσαι· μετὰ πάσης δὲ σπουδῆς καὶ ταπεινοφροσύνης προσελθεῖν δεῖ ἐπὶ τὸν ἀγῶνα τῶν χριστιανῶν, καὶ λαβεῖν ἐκεῖνον τὸν πλοῦτον· κληρονομία γὰρ καὶ μερὶς τῶν χριστιανῶν αὐτός ἐστιν ὁ Θεός· κύριος γάρ φησι, μερὶς τῆς κληρονομίας μου καὶ τοῦ ποτηρίου μου. δόξα τῷ ἑαυτὸν διδόντι, καὶ συγκεραννῦντι τὴν ἁγίαν φύσιν αὐτοῦ ταῖς ψυχαῖς τῶν χριστιανῶν εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

nem cœli, aut poſitus aſtrorum, aut curſum eorum conſequi impoſſibile eſt: ſic quoque impoſſibile eſt enarrare aut explicare diuitias chriſtianorum immenſas, infinitas & incomprehenſibiles. Si etenim creaturæ iſtæ adeo infinitæ & incomprehenſibiles hominibus ſunt, quanto magis, qui condidit & creavit illas? Debet igitur quiſpiam vehementius exultare & lætari, tantas opes & hæreditatem chriſtianis præparatam eſſe, vt nemo poſſit eloqui aut enarrare. Ceterum omni ſtudio & animi humilitate accedere oportet ad certamen chriſtianorum, ac conſequi illas diuitias. Hæreditas enim & pars chriſtianorum, eſt ipſe Deus. *Dominus enim*, inquit, *pars hæreditatis meæ & calicis mei.* Gloria ſit ei, qui ſeipſum donat, atque permiſcet ſanctam animam ſuam animis chriſtianorum in ſecula. Amen.

Pſalm. XVI, 5.

HOMILIA XXXV.

De Sabbatho antiquo & nouo.

§. I.

IN vmbra legis per Mosen datæ mandauit Deus, vnumquemque requiescere in sabbatho, & nihil agere. Hoc autem figura erat & vmbra veri sabbathi, quod animæ donatur a Domino. Anima enim, quæ digna censetur ab obscœnis & turpibus cogitationibus liberari, tum verum sabbathum celebrat, tum veram requiem requiescit, otium agens & liberata ab omnibus operibus tenebrosis. Illic enim in typici sabbathi celebratione, etsi corpora quiescebant, veruntamen animæ nequitiis ac vitiis erant illigatæ. Hoc vero, verum sabbathum vera est requies animæ, quæ vacat, & expurgata est a cogitationibus satanæ, & requiescit in perpetua quiete & lætitia Domini.

§. II. Quemadmodum enim tunc mandauit, vt ipsa

ΟΜΙΛΙΑ λε΄.

Περὶ τοῦ παλαιοῦ καὶ τοῦ καινοῦ σαββάτου.

§. I.

ΕΝ τῇ σκιᾷ τοῦ νόμου τοῦ διὰ Μωσέως δοθέντος προσέταξεν ὁ Θεὸς ἐν τῷ σαββάτῳ ἕκαστον ἀναπαύεσθαι καὶ μηδὲν ποιεῖν. τοῦτο δὲ τύπος ἦν καὶ σκιὰ τοῦ ἀληθινοῦ σαββάτου τοῦ διδομένου τῇ ψυχῇ ἀπὸ τοῦ κυρίου· ἡ γὰρ καταξιωθεῖσα ψυχὴ ἀπὸ τῶν αἰσχρῶν καὶ ῥυπαρῶν λογισμῶν, καὶ ἀληθινὸν σαββατίζει σαββατισμὸν, καὶ ἀληθινὴν ἀνάπαυσιν ἀναπαύεται, ἀργοῦσα καὶ ἐλευθερουμένη ἀπὸ πάντων τῶν σκοτεινῶν ἔργων· ἐκεῖ μὲν γὰρ εἰς τὸ τυπικὸν σάββατον, εἰ καὶ σωματικῶς ἀνεπαύοντο, ἀλλ' αἱ ψυχαὶ ὑπὸ τῆς πονηρίας καὶ κακίας ἦσαν δεδεμέναι· τοῦτο δὲ τὸ ἀληθινὸν σάββατον, ἀνάπαυσις ἀληθινή ἐστι ψυχῆς ἀργούσης καὶ καθαριζομένης ἀπὸ τῶν διαλογισμῶν τοῦ σατανᾶ, καὶ ἀναπαυομένης εἰς τὴν τοῦ κυρίου ἀνάπαυσιν αἰωνίαν, καὶ χαράν.

§. II. Ὥσπερ γὰρ τότε προσέταξε καὶ αὐτὰ τὰ

ἄλογα ζῶα τῷ σαβ-
τῳ ἀναπαύεσθαι, τὸν
μὴ ὑπὸ ζυγὸν ἀνάγ-
ἕλκεσθαι, τὸν ὄνον μὴ
φορτίζειν· ἀνεπαύον-
γὰρ καὶ αὐτὰ τὰ ζῶα
τῶν βαρέων ἔργων· ὅ-
ἐλθὼν ὁ κύριος καὶ
ἀληθινὸν καὶ αἰώνιον
ϐατον δοὺς, ἀνέπαυσε
βεβαρημένην καὶ πε-
τισμένην ψυχὴν φορ-
ἀνομίας, ἀκαθάρ-
διαλογισμῶν, καὶ
ζομένην ἀδικίας ἔρ-
ἐξ ἀνάγκης ὡς ὑπὸ
τόνας πικροὺς δεδου-
ένην, καὶ ἐκούφισεν
ἀπὸ τῶν δυσβαστά-
φορτίων, ματαίων
μιαρῶν διαλογι-
καὶ ἦρε τὸν ζυγὸν
πικρὸν τῶν ἔργων ἀδι-
καὶ ἀνέπαυσεν αὐ-
κοπιῶσαν ἐν τοῖς
λογισμοῖς τῶν ἀκαθάρ-

III. Ὁ γὰρ κύριος
τὸν ἄνθρωπον εἰς
ἀνάπαυσιν λέγων,
πάντες οἱ κοπιῶν-
καὶ πεφορτισμένοι,
ἀναπαύσω ὑμᾶς.
αἱ ψυχαὶ πειθόν-
καὶ προσέρχονται,
αὐτὰς ἀπὸ
τῶν βαρέ-

quoque bruta animalia sabbatho quiescerent, ne bos sub iugum necessarium traheretur; ne asino onera imponerentur; (quiescebant enim ipsa quoque animalia a duris operibus;) sic quoque cum venisset Dominus, & verum æternumque sabbathum contulisset, refocillauit animam oneribus iniquitatis, immundarumq; cogitationum grauatam & onustam, & operantem iniquitatis opera necessario, quippe quæ sub acerborum dominorum seruitutem erat redacta; & leuauit eam ob oneribus intolerabilibus, variis atque obscœnis cogitationibus, sublatoque graui iugo operum iniquorum recreauit eam, cogitationibus impuris laborantem.

§. III. Dominus enim vocat hominem ad recreationem, inquiens: *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego refocillabo vos.* Itaque quæcunque animæ crediderint & accesserint, reficiet eas ab his graui-

Matth. XI, 28.

bus, moleſtis, & immundis cogitationibus, quæ vacantes ab omni iniquitate, celebrant ſabbathum verum, deliciarum plenum & ſanctum: peragunt feſtum Spiritus, gaudii & exultationis inenarrabilis, & ſeruiunt ſeruitium purum & Deo gratum ex puro corde, hoc eſt, verum & ſanctum ſabbathum. Obſecremus ergo nos quoque Deum, vt ingrediamur in hanc requiem, vt feriemur a turpibus, malitioſis atque vanis cogitationibus, quo hoc pacto poſſimus ſeruitium exhibere Deo ex puro corde, ac celebrare feſtum Spiritus ſancti. Beatus ergo, qui ingreſſus eſt illam requiem. Gloria Patri, cui ſic placuit, & Filio, & Spiritui ſancto in ſecula.

Amen.

ῶν καὶ φορτικῶν, καὶ ἀκαθάρτων λογισμῶν, καὶ ἀργοῦσιν ἀπὸ πάσης ἀνομίας, σαββατίζουσι σάββατον ἀληθινὸν, τρυφερὸν, ἅγιον· καὶ ἑορτάζουσιν ἑορτὴν πνεύματος, χαρᾶς, καὶ ἀγαλλιάσεως ἀνεκλαλήτου· καὶ λατρεύουσι λατρείαν καθαρὰν καὶ εὐάρεστον τῷ Θεῷ, ἐκ καθαρᾶς καρδίας· τοῦτό ἐστι τὸ ἀληθινὸν καὶ ἅγιον σάββατον. παρακαλέσωμεν οὖν καὶ ἡμεῖς τὸν Θεὸν εἰσελθεῖν εἰς τὴν κατάπαυσιν ταύτην, τοῦ ἀργεῖν ἡμᾶς ἀπὸ τῶν αἰσχρῶν, καὶ πονηρῶν, καὶ ματαίων διαλογισμῶν, ἵνα οὕτως δυνηθῶμεν λατρεῦσαι τῷ Θεῷ ἐκ καθαρᾶς καρδίας, καὶ ἑορτάσαι ἑορτὴν πνεύματος ἁγίου. μακάριος οὖν ὁ εἰσελθὼν εἰς ἐκείνην τὴν κατάπαυσιν· δόξα τῷ οὕτως εὐδοκήσαντι πατρὶ, καὶ υἱῷ, καὶ ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας.

ἀμήν.

OMI-

ΟΜΙΛΙΑ λϛʹ.

Περὶ διττῆς ἀναστάσεως τῶν ψυχῶν καὶ σωμάτων, καὶ διαφόρου δόξης τῶν ἀνισταμένων.

§. I.

Ἀνάστασις τῶν νεκρῶν ψυχῶν, ἀπὸ τοῦ νῦν γίνεται. ἀνάστασις δὲ τῶν σωμάτων ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ. ὥσπερ δὲ ἐν τῷ οὐρανῷ πεπηγμένοι ὄντες οἱ ἀστέρες, οὐκ ἴσοι πάντες εἰσίν, ἀλλ᾽ εἷς τοῦ ἑνὸς διαφέρει ἐν τῇ λαμπρότητι καὶ μεγαλειότητι· οὕτω καὶ τοῖς πνευματικοῖς, κατὰ τὸ μέτρον τῆς πίστεώς εἰσι προκοπαὶ ἐν αὐτῷ τῷ πνεύματι, εἷς πλουσιώτερος τοῦ ἑτέρου. καὶ ἡ γραφὴ λέγει, ὅτι ὁ λαλῶν ἐν γλώσσῃ, πνεύματι θεοῦ λαλεῖ· οὗτος πνευματικός ἐστι θεῷ λαλῶν· ὁ δὲ προφητεύων, ἐκκλησίαν οἰκοδομεῖ. οὗτος περίσσειαν ἔσχε τῆς χάριτος· ὁ μὲν γὰρ ἑαυτὸν μόνον οἰκοδομεῖ, ὁ δὲ ἑαυτὸν καὶ τὸν πλησίον. τοῦτο δέ ἐστιν, ὥσπερ κόκκος σίτου σπειρόμενος ἐν τῇ γῇ, καὶ ὁ αὐτὸς ἐκ τῆς μιᾶς καρδίας πολλοὺς καὶ διαφόρους κόκκους ἐκ-

HOMILIA XXXVI.

De duplici resurrectione animarum & corporum, & diuersa resurgentium gloria.

§. I.

Resurrectio mortuarum animarum ab hoc momento fit: resurrectio vero corporum in illa die. Quemadmodum vero in cœlo, quæ fixæ sunt stellæ, non sunt omnes æquales, sed vna ab altera differt splendore & magnitudine; sic in rebus spiritualibus pro modo fidei sunt promotiones in ipso Spiritu, vnus locupletior altero. Scriptura quoque ait: *Qui loquitur lingua, Spiritu Dei loquitur.* Hic spiritualis est, qui cum Deo loquitur: *at qui prophetat, ecclesiam ædificat.* Iste abundantiam adeptus est gratiæ. Ille enim seipsum duntaxat ædificat, hic vero seipsum & proximum. Hoc porro se habet, vt granum frumenti in terram coniectum: idem ex vno corde plura & diuersa grana pro-

1. Cor. XIV, 2.

ducit. Et rursum ex spicis ipsis aliæ sunt ampliores, aliæ tenuiores; vniuersæ vero in vnam congregantur aream, in vnum horreum; & licet diversæ sint, vnus ex ipsis conficitur panis.

§. II. Aut quemadmodum in ciuitate sunt hominum multitudines, & nonnulli sunt pueri pusilli, alii vero viri vel adolescentes; omnes vero ex vno fonte aquam bibunt, vnum panem comedunt, vnumque aerem spirant. Aut perinde vt sunt lucernæ, & hæc quidem habet duo luminaria, illa vero septem; at vbi est abundantia lucis, ibi aliter illuminat: sic quicunque sunt in igne & lumine, nequeunt esse in tenebris: verum magna inter eos est discrepantia. Veluti ac si pater quispiam habeat duos filios, hunc pusillum, alterum adolescentem, hunc quidem in vrbes mittit & regiones, pusillum autem semper tuetur, quia nihil potest agere. Gloria Deo. Amen.

φέρει. καὶ πάλιν αὐτοὶ οἱ στάχυες, οἱ μὲν εἰ μειζότεροι, οἱ δὲ μικρότεροι, ὅλοι δὲ εἰς μίαν συνάγονται ἅλωνα, κ μίαν ἀποθήκην, διάφοροι ὄντες εἷς ἐξ αὐτῶν γίνεται ἄρτ©.

§. II. Ἢ ὥσπερ ὅτ ἐν πόλει πλήθη ἀνθρώπων, καὶ οἱ μὲν εἰσι νήπια, οἱ δὲ ἄνδρ ἢ νεανίσκοι· πάντες δ ἀπὸ μιᾶς πηγῆς ὕδ πίνουσι, καὶ ἀπὸ ἑνὸς ἄρτου ἐσθίουσι, ἕνα ἀέρ ἔχοντες. ἢ ὥσπερ αἱ λύχναι, καὶ ὁ μὲν ἔχ δύο μυκτῆρας, ὁ δὲ ἑπτά ἀλλ' ὅπου ἐστὶν ἡ περισσ τοῦ φωτὸς ἄλλως φωτίζ οὕτως ὅσοι εἰσὶν ἐν πυρ καὶ φωτὶ, οὐ δύνανται εἶναι ἐν σκότει· ἀλλ διαφορὰ πολλή ἐσ ὥσπερ ἂν εἴ τις πατ ὢν υἱοὺς ἔχει δύο, τὸν μ παιδίον, τὸν δὲ νεανίσκ καὶ τὸν μὲν εἰς πόλεις ποστέλλει καὶ χώρας τὸ δὲ νήπιον πάντ δορυφορεῖ, ἐπεὶ μη δύναται ποιεῖν. δόξα τῷ Θεῷ. ἀμήν.

OMI-

MΙΛΙΑ λζ'.

τοῦ παραδείσου καὶ
μου πνευματικοῦ.

§. I.

Φιλία τοῦ κόσμου κατὰ τὸ γεγραμμένον, ἔχθρα ὲς Θεόν· διὸ ἡ γραελεύει πάσῃ φυτηρεῖν ἕκαστον τὴν ῦ καρδίαν, ἵνα τις αράδεισον φυλάσἐν αὐτῇ τὸν λόἀπολαύσῃ τῆς χάριμὴ ἀκούων τοῦ ἔνδον ομένου ὄφεως συμύοντος τὰ πρὸς , δι' ἧς γεννᾶται ς ὁ ἀδελφοκτόνος, θνήσκει ψυχὴ ἡ τί· ἀλλ' ἀκούων τοῦ λέγοντος, ἐπιμεπίστεως καὶ ἐλπίδι' ὧν γεννᾶται ἡ θεος καὶ φιλάνος ἀγάπη, ἡ τὴν ον ζωὴν παρέχους τοῦτον τὸν παράεἰσῆλθε Νῶε, τὴν λὴν φυλάσσων καὶ ζόμενος, καὶ διὰ τῆς της ἐλυτρώθη τῆς . τοῦτον φυλάσσων ὰμ φωνὴν Θεοῦ . τοῦτον φυλάσσων

HOMILIA XXXVII.

De Paradiſo & lege ſpirituali.

§. I.

Amicitia huius mundi, vt ſcriptum eſt, *inimicitia eſt Dei.* Iac. IV, 4. Quapropter ſcriptura iubet vnumquemque omni cuſtodia obſeruare cor ſuum, vt quis, velut paradiſum, conſeruans in eo verbum, fruatur gratia, nec audiat ſerpentem intus ſe implicantem, & conſulentem quæ voluptati inſeruiunt, ex qua naſcitur iracundia ad fratricidium committendum adigens, & moritur anima pariens; verum audiat Dominum dicentem: *Curam habete fidei ac ſpei, e quibus proficiſcitur charitas, & Dei & hominum amans, quæ vitam æternam largitur.* In huiusmodi paradiſum ingreſſus eſt Noe, mandatum obſeruans atque exſequens, atque per charitatem ſeruatus eſt ab ira. Hunc conſeruans Abraham diuinæ voci obtemperauit. Hunc cuſtodiens

Prov. IV, 23.

Moses, gloriam in facie recepit. Itidem & Dauid hunc custodiens, effecit, vnde dominium in hostes adeptus est. Verum etiam Saul, quandiu custodiuit cor, felici rerum successu vtebatur; quando vero sub finem transgressus est, tandem est circumuentus. Iuxta mensuram enim & ex proportione peruenit ad vnumquemque verbum Dei, quantum quis possederit, tantum possidebitur: & quantum quis custodierit, tantum custodietur.

§. II. Propterea vniuersus chorus sanctorum prophetarum, apostolorum, & martyrum verbum in cordibus suis custodierunt, de nulla re soliciti, sed despicientes terrena in mandato Spiritus sancti permanserunt, eligentes quod Deo Spiritui gratum & bonum erat: non verbo solo aut cognitione nuda, sed verbo & opere, ac rebus ipsis: pro diuitiis eligentes paupertatem, pro gloria honorum contemtum, pro voluptate miseriam, vnde etiam pro i-

άπην· μισοῦντες
ὰ ἡδέα τοῦ βίου, τοὺς
ρουμένους αὐτὰ μᾶλ-
γάπων, ὡς συνερ-
ς αὐτοῖς πρὸς τὸν
ν, ἀπειχόμενοι τοῦ
κειν καλὸν καὶ πο-
οὔτε γὰρ τοὺς ἀγα-
ρίνοντο, οὔτε τοὺς πο-
ῃτιῶντο, πάντας
ριστερίους τῆς δεσπο-
οἰκονομίας ἡγούμε-
πρὸς πάντας οὖν
ἀδιάθετον εὔνοι-
τε γὰρ ἤκουον τοῦ κυ-
ἀφίετε, καὶ ἀφε-
ται ὑμῖν, τότε τοὺς
ντας εὐεργέτας ἐ-
ζοντο εἰς ἄφεσιν ἐ-
ς τὰς παρ' αὐτῶν
μάς· ὅτε δὲ πάλιν
, καθὼς θέλετε ἵνα
σιν ὑμῖν οἱ ἄνθρω-
καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε
ῖς, τότε καὶ τοὺς ἀ-
ς κατὰ συνείδησιν
ν· ἀφέντες γὰρ τὴν
οσύνην ἑαυτῶν, καὶ
ῦ Θεοῦ δικαιοσύνην
τοῦντες, εὗρον ἀκο-
ς καὶ τὴν ἀγάπην
τῇ κατὰ φύσιν ἐγ-
μμένην.

II. Καὶ γὰρ ὁ κύριος
ὰ περὶ τῆς ἀγάπης

ra dilectionem: odio enim prosequentes quæ iucunda sunt in hac vita, eos qui hæc auferebant, vehementius diligebant, tanquam opitulantes sibi ad scopum attingendum, prohibiti a cognitione boni malique: neque enim bonos repellebant, nec improbos accusabant: eos omnes legatos administrationis dominicæ esse existimantes. Quocirca erga omnes gerebant animum beneuole affectum. Cum enim audirent Dominum dicentem: *Remittite, & remittetur vobis*, tunc qui se læderent, beneficos reputabant, velut ab iis consecuti occasionem remittendi. Cum vero rursus audirent: *Quemadmodum vultis, vt faciant vobis homines, ita vos quoque facite illis*, tunc quoque probos in conscientia diligebant. Relinquentes enim suam iustitiam, & iustitiam Dei quærentes, consequenter inuenerunt & charitatem in ea naturaliter reconditam.

Luc. VI, 37.

Matth. VII, 12.

§. III. Dominus enim cum multa de charitate

præciperet, iussit quærere iustitiam Dei: nouit enim hanc matrem charitatis esse. Non licet enim saluari, nisi per proximum, vt præcepit: *Remittite, & remittetur vobis.* (Luc. VI, 37.) Hæc est lex spiritualis, quæ in cordibus fidelibus scribitur, complementum nimirum prioris legis. *Non enim,* inquit, *veni ad destruendam legem, sed vt compleam.* (Matth. V, 17.) Quo ergo pacto impleatur, accipe. Prior lex sumta occasione benedicendi ei, qui peccauerat, fortius condemnauit eum, qui læsus est. *In quo,* inquit, *iudicas alterum, in eo teipsum condemnas: in quo vero remittit, remittetur ei.* (Rom. II, 1. 2.) Ita enim lex inquit: *In medio iudicii iudicium, & in medio remissionis remissio.*

§. IV. Plenitudo ergo legis remissio est. Ceterum *priorem legem* diximus, non quod Deus duas leges præscripserit hominibus, sed vnicam, & quidem illam spiritualem ex natura: quoad vindictam vero, iustam inferens vnicuique vltionem, remittenti

..., καὶ τοῦ παραζη-
παραζηλοῖ· φησὶ
...οῦ ἐκλεκτοῦ ἐκλεκ-
..., καὶ μετὰ στρεβλοῦ
...ψεις· διὰ τοῦτο οἱ
...ατικῶς αὐτὸν ἐκ-
...τες, καὶ ἀναλόγως
...τος μετέχοντες,
...ς τοὺς εὐεργετοῦν-
ἀλλὰ καὶ τοὺς ὀνει-
...ας καὶ διώκοντας
..., τὴν πνευματι-
...γάπην, ἀνταπόδο-
...δεχόμενοι τῶν ἀγα-
...γαθῶν δὲ λέγω, οὐχ
... ἀδικήματα συγ-
...σαν, ἀλλ' ὅτι καὶ
...υχὰς τῶν ἀδικούντων
...έτησαν· οὕτω γὰρ
... παρετίθεντο τῷ
...ὡς δι' αὐτῶν τοῦ μα-
...ιοῦ τυγχάνοντες,
... φησί, μακάριοί
... ὅταν ὀνειδίσωσιν
..., καὶ διώξωσιν, καὶ
...ι πᾶν πονηρὸν ῥῆ-
...θ' ὑμῶν ψευδόμε-
...κεν ἐμοῦ.

V. Ὑπὸ δὲ τοῦ πνευ-
...οῦ νόμου, οὕτω φρο-
...ιδάσκοντο· ὑπομε-
...γὰρ αὐτῶν, καὶ τὴν
... πρᾳότητα τη-
...ν ὁ κύριος βλέ-
...τὴν ὑπομονὴν τῆς
...ας πολεμούμενος,
...τῆς ἀγάπης μὴ

remittit, & æmulum æmulatur. Inquit enim: *Cum electo, electus eris, & cum peruerso, peruerse ages.* (Psalm. XIIX, 26.) Quapropter, qui spiritualiter eam implent, & pro modo participes sunt gratiæ, non beneficos solum, sed etiam conuitiantes ac persecutores diligunt, spiritualem charitatem expectantes pro remuneratione bonorum: *bonorum* autem dico, non quia offensas remiserunt, verum quia animas iniuriam inferentium beneficio quoque affecerunt. Sic enim eos obtulerunt Deo, ac si per eos beatitudinem consecuti essent, quemadmodum inquit: *Beati estis cum maledixerint vobis, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersus vos, mentientes propter me.* (Matth. V, 11.)

§. V. A lege spirituali, vt sic sentirent, edocti sunt. Dum enim patienter ferunt, & animi mansuetudinem seruant, Dominus intuens patientiam cordis, bello oppressi, & charitate minime

Ephes. II, 14. labaſcente, diruit *interſtitium maceriæ*, atque adeo ingentem inimicitiam expulerunt, vt non amplius vi, ſed cum auxilio charitatem ſibi ſubiectam habeant. Dominus enim poſthac coercet verſatilem gladium, excitantem cogitationes, & ingrediuntur interiora velaminis, quo præcurſor pro nobis introiit Dominus: & cum delectatione fruuntur fructibus Spiritus, atque futura cum animi conſtantia contemplantes, nec, *1. Cor. XIII, 12.* vt apoſtolus ait, amplius *in ſpeculo atque ænigmate* verſantes, inquiunt: *1. Cor. II, 9.* *Quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt, quæ præparauit Deus diligentibus ſe.* Verum ego hanc admirandam quæſtionem mouebo.

§. VI. *Interrogatio?*

Si cor hominis non aſcenderunt, vos quo pacto illa noſtis; qui maxime confiteamini in *Act. XIV, 15.* *Actis, vos eſſe homines iisdem cum nobis affectionibus ſubiectos?*

ἐξεσαμένης
μεσότοιχον
καὶ τὴν τε
ἀποβάλλον
μετὰ βίας,
βοηθείας ε
πην· ὁ γὰρ
κατέχει τὴ
ῥομφαίαν
τοὺς λογισμ
χονται εἰς τ
καταπετάσ
πρόδρομος
εἰσῆλθεν ὁ κ
τρύφωσι τοῦ
πνεύματος
τα ἐν βεβ
ας θεασάμ
τὸν ἀπόστολ
ἐσόπτρῳ, κ
ἔλεγον, ἃ
οὐδὲ οὖς
ἐπὶ καρδί
οὐκ ἀνέβη,
σεν ὁ Θεὸς
σιν αὐτόν.
θαυμαστὸν

§. VI.

Εἰ ἐπὶ
θρώπων
μῶς αὐτ
μάλιστα
ἐν ταῖς πρ
παθεῖς ἡμ
θρωποι;

ἀπόκρισις.
κούετε, τί πρὸς
οκρίνεται Παῦ-
ν δέ φησιν,
ψεν ὁ Θεὸς διὰ
ματος αὐτοῦ· τὸ
μα πάντα ἐρευ-
βάθη τοῦ Θεοῦ.
ἡ τις εἴπῃ ὅτι
θη τὸ πνεῦμα
λοις, ἡμῖν δὲ κα-
ἀχώρητον τοῦτο,
ἐπευχόμενος·
δῴη ὑμῖν ὁ Θε-
ὸν πλοῦτον τῆς δό-
δυνάμει κρα-
διὰ τοῦ πνεύ-
ὐτοῦ εἰς τὸν ἔσω
, κατοικῆσαι
ὸν ἐν ταῖς καρ-
ῶν. καὶ πάλιν· ὁ
τὸ πνεῦμά ἐστιν·
ὸ πνεῦμα κυρίου,
θερία· καὶ πά-
δέ τις πνεῦμα
κ ἔχει, οὗτος
ὐτοῦ.
II. Εὐξώμεθα
ἡμεῖς ἐν πλη-
καὶ αἰσθήσει με-
τοῦ ἁγίου σου
ς, καὶ εἰσελθεῖν
ληλύθαμεν, καὶ
τοῦ ἀποστραφῆ-
ἡμῶν τὸν θυ-
ὄφιν, καὶ κενό-
ύβουλον τὸ πνεῦ-
μερίμνης καὶ

Responsio.

Sed audite, quid ad hæc respondeat Paulus: *Nobis autem reuelauit Deus per Spiritum suum. Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunditates Dei.* Verum ne quis dicat, ipsis datum esse Spiritum tanquam apostolis, a nobis vero secundum naturam comprehendi hoc non posse, alicubi deprecans ait: *vt det vobis Deus iuxta diuitias gloriæ suæ, vt fortitudine corroboremini in internum hominem, vt inhabitet Christus per fidem in cordibus vestris.* Et rursum: *Dominus autem Spiritus est. Vbi vero Spiritus Domini, ibi libertas.* Et rursum: *Si quis vero Spiritum Christi non habet, hic non est eius.*

1. Cor. II, 10.

Eph. III, 16. 17.

2. Cor. III, 17.

Rom. IIX, 9.

§. VII. Obsecremus ergo quoque nos in certitudine fidei & sensu, vt participes fiamus Spiritus sancti, & ingrediamur vnde egressi sumus: & vt inposterum avertatur a nobis serpens interfector animi, superbus & vanus consultor, Spiritus solicitudinis &

crapulæ: vt inde firmiter credentes mandata Domini servemus, & crescamus in eo
Eph. IV, 13. *in virum perfectum, in mensuram ætatis*, ne vltra dominetur nobis deceptio huius seculi, sed in certitudine fidei Spiritus simus, neque diffidamus: quia peccatores quoque resipiscentes gratia Dei beneuole suscipit. Quod enim per gratiam donatur, id non licet amplius, comparando cum antecedente infirmitate, metiri; quia gratia iam non esset gratia, sed in Deum omnipotentem credentes, simplici & curis vacuo corde accedamus ad eum, qui per fidem participationem Spiritus largitur, non per assimilationem operum fidei: inquit enim:
Gal. III, 2. *Non ex operibus legis Spiritum accepistis, sed ex auditu fidei.*

κραιπάλης· ὅθεν βεβαίως πιστεύσαντες τὰς ἐντολὰς τοῦ κυρίου φυλάξωμεν, καὶ αὐξηθῶμεν ἐν αὐτῷ εἰς ἄνδρα τέλειον, εἰς μέτρον ἡλικίας, τὸ μηκέτι κατακυριεύεσθαι ὑπὸ τῆς ἀπάτης τοῦ αἰῶνος τούτου, ἀλλ' ἐν πληροφορίᾳ τοῦ πνεύματος εἶναι, καὶ μὴ ἀπιστεῖν, ὅτι καὶ εἰς ἁμαρτωλοὺς μετανοοῦντας ἡ χάρις θεοῦ εὐδοκεῖ· τὸ γὰρ κατὰ χάριν δωρούμενον, οὐκέτι ἐν παραμετρισμῷ τῆς προλαβούσης ἀσθενείας μετρεῖται· ἐπεὶ ἡ χάρις, οὐκέτι ἐστὶ χάρις, ἀλλὰ τῷ παντοδυνάμῳ θεῷ πιστεύσαντες, ἁπλῇ καὶ ἀπεριμερίμνῳ καρδίᾳ προσέλθωμεν τῷ διὰ πίστεως τὴν μετουσίαν τοῦ πνεύματος χαριζομένῳ, καὶ οὐ διὰ παραμετρισμοῦ πίστεως ἔργων. Φησὶ γὰρ, οὐκ ἐξ ἔργων νόμου τὸ πνεῦμα ἐλάβετε, ἀλλὰ δι' ἀκοῆς πίστεως.

§. IIX. *Interrogatio?*

Dixisti, omnia spiritualiter in anima esse recondita. Quid est ergo:
1. Cor. XIV, 19. *Volo quinque verba in ecclesia mente mea loqui?*

§. IIX. Ἐρώτησις.

Εἶπες, πάντα ἐν τῇ ψυχῇ πνευματικῶς ἀποκρύπτεσθαι. τί ἐστι, θέλω πέντε λόγους ἐν ἐκκλησίᾳ διὰ τοῦ νοός μου λαλῆσαι;

Ἀπό-

Responsio.

Ecclesia in duabus personis intelligitur, congregatione scilicet fidelium, & in concretione animæ. Si ergo spiritualiter in homine accipiatur, ecclesia est tota eius compages. Quinque autem verba sunt virtutes, quibus comprehenditur, quæ totum hominem construunt, variis modis diuisæ. Quemadmodum enim qui loquitur in Domino, per quinq; verba omnem complectitur sapientiam; sic qui sequitur Dominum per quinque virtutes, summopere pietatis cultum ædificat. Quæ cum sint quinque, reliquas omnes comprehendunt prima, nimirum oratione. Ceteræ continentia, misericordia, paupertas, longanimitas, hæ desiderio ac voluntate implentur; suntque verba animæ, quæ a Domino proferuntur, & in corde exaudiuntur. Dominus enim operatur, & tunc Spiritus loquitur in intellectu: & cor quantum desiderat, tantum quoque in aperto operatur.

§. IX. Virtutes autem illæ, in quantum omnes comprehendunt, tantum ſeſe mutuo generant. Sublata enim prima, tolluntur omnes. Itidem per ſecundam quæ ſequuntur: & ita deinceps. Quo pacto enim quis precabitur non a Spiritu impulſus? Et atteſtatur mihi ſcriptura, quæ dicit: *Nemo poteſt dicere Dominum Ieſum, niſi per Spiritum ſanctum.*

1. Cor. XII, 3.

Inſuper quo pacto abſque orationis auxilio continens permanebit? Et qui non eſt per omnia continens, quo pacto miſerebitur eſurientis aut iniuriam paſſi? Verum qui miſericordia non ducitur, ille neque ſpontaneo motu paupertatem ſuſcipit. Rurſum vero iracunda eſt alumna & nutrix cupiditatis pecuniarum; ſiue pecuniam habeat, ſiue non. Ceterum prædita virtutibus anima ita ædificatur in eccleſia, non quia operata eſt, ſed quia deſiderauit. Non enim proprium opus ſaluat hominem, ſed qui operandi facultatem largitur. Si ergo quis ſtig-

§. IX. Αἱ δὲ ἀρεταὶ ὅσαι εἰσὶ περιεκτικαὶ πασῶν, τοσοῦτον ἀλλήλας γεννῶσι. τῆς γὰρ πρώτης ἀπούσης, ἀναιροῦνται πᾶσαι· ὁμοίως διὰ τῆς δευτέρας, αἱ ἀκόλουθοι· ὡσαύτως καὶ καθεξῆς. πῶς γὰρ εὔξεταί τις μὴ ὑπὸ πνεύματος ἐνεργηθείς; καὶ μαρτυρεῖ μοι ἡ γραφὴ λέγουσα, οὐδεὶς δύναται εἰπεῖν κύριον Ἰησοῦν, εἰ μὴ ἐν πνεύματι ἁγίῳ. πῶς δὲ ὑπομενεῖ ὁ χωρὶς εὐχῆς ἐγκρατευόμενος ἀβοηθήτως· ὁ δὲ ἐν πᾶσι μὴ ἐγκρατευόμενος, πῶς ἐλεήσει τὸν πεινῶντα ἢ ἀδικοῦντα· ὁ δὲ οὐκ ἐλεῶν, οὐδὲ πτωχεύειν ἑκουσίως καταδέχεται. πάλιν δὲ τῆς τῶν χρημάτων ἐπιθυμίας ὁ θυμὸς σύντροφος, κἂν ἔχῃ χρήματα, κἂν μὴ ἔχῃ. ἡ δὲ ἐνάρετος ψυχὴ οὕτως προσοικοδομεῖται τῇ ἐκκλησίᾳ, οὐχ ὅτι ἐποίησεν, ἀλλ᾽ ὅτι ἐπόθησεν· οὐ γὰρ τὸ ἴδιον ἔργον σώζει τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ᾽ ὁ χαρισάμενος τὴν δύναμιν. εἰ οὖν ὑπομένει τις τὰ στίγ-

ματα

ιστεύσῃ, μὴ ..., κἂν τὸ τυ- ...ἰκεν, ἀλλ' ἢ ἀγαπήσῃ, καὶ ... πρὸς τὰς μὴ ἐν δόξῃς ...έστη προσλη- κύριον κατὰ τὸν ὅτι αὐτός ἐστιν ἐν ὑμῖν καὶ τὸ τὸ ἐνεργεῖν δοκίας.

mata Domini perfert, ne existimet aliquid esse, licet quiduis fecerit, vel etiam, quod summo amore atque animi conatu operi producendo incubuerit. Ne igitur existimes te in virtute præuenisse Dominum, secundum eum qui dicit: *Ipse est qui operatur in vobis, velle & perficere, pro bona voluntate.* Phil. II, 13.

Ἐρώτησις. γραφὴ πα- τῷ ἀνθρώπῳ

§. X. *Interrogatio?*

Quid igitur præcipit scriptura homini facere?

Responsio.

...κρισις. ...ομεν ὅτι τὴν ...ν ἔχῃ ὁ ἄν- ...τὰ φύσιν, καὶ Θεὸς ἐπιζη- ...γγένηται, ἵνα ...σῃ, καὶ νοή- ...σῃ, καὶ θελή- ...ούσῃ· τὸ δὲ τὸν νοῦν, ἢ τὸν κόπον, ἢ τὸ ἔργον, ἢ κυρίου παρέχει ...ι καὶ πιστεύ- ...ν θέλημα τοῦ ...ς παράστασις μὴ παρόν- ...ήματος, οὐ- Θεός τι ποιεῖ, δυνάμενος,

Antea diximus, promtitudinem animi hominem habere a natura, quam quoque Deus requirit. Præcipit igitur, vt primum cognoscat, & cum cognorit, diligat, & voluntate incumbat. Vt autem exerceatur mens, aut laborem toleret, aut opus aliquod perficiat, gratia Domini largitur volenti & credenti. Voluntas ergo hominis est velut adiutorium a natura insitum: absente vero voluntate, neque ipse Deus quippiam operatur, quamuis possit; propter liberam nimirum arbi-

trii voluntatem. Perfectio igitur operis Spiritus, in voluntate hominis sita est. Rursum, si totam voluntatem concedamus, integrum opus nobis adscribit, mirabilis ille Deus in omnibus, & qui animo comprehendi omnino non potest: nos homines vero portiunculam aliquam mirabilium eius explicare conamur, scriptura nixi, quin potius ab illa edocti. *Quis enim*, ait, *cognouit sensum Domini?* Ipse vero dixit: *Quoties volui congregare filios tuos, & noluistis.* Itaque ex hoc credamus, quod ipse nos congregat; a nobis autem solam requirit voluntatem. Quæ vero voluntatis erit declaratio nisi labor spontaneus?

2. Cor. II, 16. Rom. XI, 34. Luc. XIII, 34. Matth. XXIII, 37.

§. XI. Quemadmodum enim ferrum, dum secat, scindit, arat, plantat, ipsum quidem quatenus impellitur, aliquid porrigit: alius tamen est, qui mouet & agitat ferrum, & vbi fuerit attritum, inflammat atque renouat. Sic quoque homo, licet pre-

διὰ τὸ αὐτεξ
τελεσιεργία τ
τος ἐν τῷ θ
ἀνθρώπου κεῖτ
ἐὰν ὅλον τὸ θ
μεν, ὅλον τὸ
ἐπιγράφει, θ
θεὸς ἐν πᾶσι,
νόητος τὸ στ
θρωποι δὲ μέ
θαυμασίων α
ἐπιχειροῦμεν,
ἐπερειδόμενοι
δὲ ὑπ' αὐτῆς
μενοι. τίς γὰρ
νοῦν κυρίου; αὐ
σε, ποσάκις ἠ
πισυνάξαι τὰ
καὶ οὐκ ἠθελή
ἐκ τούτου πιστ
αὐτὸς ἡμᾶς ἐ
ἡμῶν δὲ μόνον
τεῖ τὸ θέλημα
φανέρωσις τοῦ
τος, εἰ μὴ π
σιος;

§. XI. Ὥσπερ
δηρος περίζων
πτων, γεωργῶν
φυτεύων, αὐτ
πολιζόμενος
πλὴν ἄλλος ἐσ
καὶ ἐπάγων,
συντριβεῖσαν
ἀνακαινίζων·
ὁ ἄνθρωπος

καὶ κοπιᾷ ἐργα-
ος τὸ ἀγαθόν. ἀλλ'
ιος λανθανόντως
τῷ ἐργάζεται, καὶ
κοπιᾶσαι καὶ συν-
ται, τὴν καρδίαν
καλεῖ καὶ ἀνακαι-
, καθὼς καὶ ὁ προ-
ς λέγει, μὴ δοξα-
ται ἀξίνη ἄνευ τοῦ
οντος; ἢ ὑψωθή-
πρίων ἄνευ τοῦ ἑλ-
ος; οὕτως δέ ἐστι καὶ
κακόν, ὅτε ὁ ἄν-
ος ὑπακούει καὶ
άζεται· τότε καὶ ὁ
νᾶς ἐλαύνει καὶ πα-
ει αὐτὸν ὡς ὁ λῃστὴς
φος. σιδήρῳ δὲ παρ-
σαμεν τὴν καρ-
, διὰ τὴν ἀναισθη-
τῶν πραγμάτων καὶ
λὴν σκληρότητα·
δει δὲ ἡμᾶς ἀγνο-
ν κρατοῦντα ὡς ἀναι-
ος σίδηρος· ἐπεὶ
ως ἀπὸ τοῦ γεωργοῦ
εἰς τὸν τοῦ πονηροῦ
σμὸν οὐ μεταπίπτο-
ἀλλὰ μᾶλλον ὡς ὁ
καὶ ὁ ὄνος εἰδέναι
λαύνοντα καὶ ὁδηγοῦν-
τὰ διάνοιαν· φησὶ
ἔγνω βοῦς τὸν κτη-
τον; καὶ ὄνος τὴν
ην τοῦ κυρίου αὐτοῦ,
ὴλ δέ με οὐκ ἔγνω.

matur & laboret, operans quod bonum eſt, Dominus tamen clam in ipſo operatur, & dum labore defatigatur & atteritur ille, cor conſolatur atque recreat, vt quoque propheta inquit: *num glo-riabitur ſecuris absque ſcin-dente? aut in altum tolletur ſerra ſine trabente?* Ief. X, 15. Eodem modo ſe res quoque habét in committendo malo: quando homo obtemperat, & promtum ſe exhibet, tum quoque ſatanas impellit & exacuit illum, velut latro enſem. Ferro autem aſſimilauimus cor, ob imperitiam rerum ſummamque duritiem. Tametſi non decebat nos ignorare eum, qui gubernat nos, velut ferrum ſenſu carens; (quoniam celeriter ab agricolæ verbo ad malitiæ cogitationem non dilabimur;) ſed potius veluti bos & aſinus noſſe debemus eum, qui impellit & dirigit pro mentis agitatione. Inquit enim: *Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui; Iſrael autem me non cognouit.* Ief. I, 1.

Precemur igitur, vt consequamur cognitionem Dei, & in spirituali erudiamur lege, ad obsequium sanctorum mandatorum eius, glorificantes Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum in secula. Amen.

εὐξώμεθα τοίνυν ἀξιωθῆναι γνώσει Θεοῦ, καὶ πνευματικῷ παιδευθῆναι νόμῳ εἰς ὑπακοὴν τῶν ἁγίων αὐτοῦ ἐντολῶν, δοξάζοντες πατέρα, καὶ υἱὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα, εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

****

Homilia XXXVIII.

Accurato iudicio atque intellectu opus est in discernendis veris christianis, & quinam sint illi.

§. I.

MVlti, qui iusti apparent, habentur pro christianis: verum artificum est & peritorum probare, num tales reuera habeant signum & imaginem regis? an forsitan adulterino impresso signo cusa sint artificum opera, an admirentur artifices, & reprehendant; si vero defuerint artifices, non poterunt probari dolosi fabricatores: quoniam ipsi quoque gerunt habitum eorum, qui solitariam vitam agunt aut

ΟΜΙΛΙΑ λη'.

Πολλῆς ἀκριβείας καὶ συνέσεως χρεία ἐστὶν, ἐν τῷ δοκιμάσαι τοὺς ἀληθινοὺς χριστιανοὺς, καὶ τίνες ἐκεῖνοι εἰσίν.

§. I.

ΠΟλλοὶ δίκαιοι φαινόμενοι νομίζονται εἶναι χριστιανοὶ, τεχνιτῶν δὲ ἐστι καὶ πεπειραμένων δοκιμάσαι, εἰ ἀληθῶς οἱ τοιοῦτοι ἔχουσι τὸ σίγνον καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ βασιλέως; μήπως ἄρα παρακεχάρακται τεχνιτῶν ἔργα, καὶ θαυμάζουσι τεχνῖται καὶ ψέγουσιν. ἐὰν δὲ μὴ ὦσι τεχνῖται, οὐ δύνανται δοκιμάσαι τοὺς δολίους ἐργάτας, ἐπειδὴ καὶ αὐτοὶ ἐπιφέρονται σχῆμα μονάζοντων, ἤτοι

χριστιανῶν· καὶ γὰρ οἱ ψευδαπόστολοι ἔπασχον ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ, καὶ αὐτοὶ εὐηγγελίζοντο βασιλείαν οὐρανῶν. διὰ τοῦτο λέγει ὁ ἀπόστολος, ἐν κινδύνοις περισσοτέρως, ἐν θλίψεσιν ὑπερβαλλόντως, ἐν φυλακαῖς περισσοτέρως, θέλων δεῖξαι ὅτι πλεῖον αὐτῶν ἔπαθε.

§. II. Χρυσὸς εὐχερῶς εὑρίσκεται· μαργαρῖται δὲ καὶ λίθοι τίμιοι προχωροῦντες εἰς διάδημα βασιλέως σπανίως εὑρίσκονται· πολλάκις γὰρ ἐξ αὐτῶν οὐχ εὑρίσκονται προχωροῦντες. οὕτως καὶ οἱ χριστιανοὶ ἐποικοδομοῦντες εἰς τὸν στέφανον τοῦ Χριστοῦ, ἵνα κοινωνοὶ γένωνται τῶν ἁγίων αἱ ψυχαὶ ἐκεῖναι. δόξα τῷ τοσαῦτα ἀγαπήσαντι τὴν ψυχὴν ταύτην, καὶ ὑπὲρ αὐτῆς παθόντι καὶ ἀναστήσαντι αὐτὴν ἐκ νεκρῶν· ὥσπερ δὲ τῷ Μωϋσεῖ κάλυμμα ἐπετίθετο εἰς τὸ πρόσωπον πρὸς τὸ μὴ δύνασθαι προσέχειν τῷ προσώπῳ αὐτοῦ τὸν λαόν· οὕτω καὶ νῦν ἐπὶ τὴν καρδίαν σου κεῖται κάλυμμα πρὸς τὸ μὴ βλέπειν τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ. ὅταν δὲ περιαιρεθῇ τοῦτο,

christianorum. Etenim pseudapostoli pro Christo patiebantur, & ipsi annuntiabant regnum cœlorum. Quapropter inquit apostolus: *In periculis copiosius, in afflictionibus supra modum, in carceribus abundantius:* (2. Cor. XI, 23.) volens ostendere, se plura, quam ipsi, passum esse.

§. II. Aurum facile reperitur; margaritæ vero & lapides pretiosi, commodi ad diadema regium, rarius inveniuntur; sæpenumero enim ex iis reperias, qui minus sint idonei: sic quoque inter christianos, qui superstruuntur coronæ Christi, vt sociæ sanctorum fiant animæ illæ. Gloria sit ei, qui vsque adeo dilexit animam hanc, & pro illa passus est, & suscitavit eam a mortuis. Quemadmodum autem Mosi velamen imponebatur in vultum, (Exod. xxxiv, 33. 35.) quia non poterat intendere in faciem eius populus; (2. Cor. III, 13.) sic quoque nunc cordi tuo iniectum est velamen, ne conspicias gloriam Dei. Vbi vero illud fuerit ablatum,

tum apparet & manifeſtat ſeipſum chriſtianis, & diligentibus ſe, & inquirentibus in veritate, vt ait: *Manifeſtabo ei me ipſum, & manſionem apud eum faciam.* Ioh. XIV, 21. 23.

§. III. Contendamus ergo accedere ad Chriſtum mendacii expertem, vt conſequamur promiſſionem & nouum teſtamentum, quod renouauit Dominus per crucem & mortem, effractis portis inferni & peccati; cum eduxiſſet animas fideles, donauit eisdem interius Paracletum, atque reduxit illas in regnum ſuum. Vna ergo cum illo nos quoque regnemus, in Ieruſalem ciuitate eius, in cœleſti eccleſia, in choro ſanctorum angelorum. Qui vero fratrum longo tempore exercitati & probati ſunt, hi poſſunt rudibus ſuppetias ferre & compati.

§. IV. Quidam enim munientes ſeipſos, & a gratia Dei inprimis agitati, adeo ſanctificata membra

τότε ἐπιφαίνεται καὶ ἐμφανίζει ἑαυτὸν τοῖς χριστιανοῖς, καὶ τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν, καὶ ἐκζητοῦσιν ἐν ἀληθείᾳ, καθώς φησιν· ὅτι ἐμφανίσω αὐτῷ ἐμαυτὸν, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσω.

§. III. Σπουδάσωμεν οὖν προσελθεῖν τῷ ἀψευδεῖ Χριστῷ, ἵνα τύχωμεν τῆς ἐπαγγελίας, καὶ τῆς καινῆς διαθήκης, ἣν ἐνεκαίνισεν ὁ κύριος διὰ σταυροῦ καὶ θανάτου διαρρήξας πύλας ᾅδου, καὶ ἁμαρτίας· καὶ ἐξαγαγὼν τὰς πιστὰς ψυχὰς, καὶ δοὺς αὐταῖς ἔνδον παράκλητον, καὶ ἀνενέγκας εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ. συμβασιλεύσωμεν οὖν αὐτῷ καὶ ἡμεῖς εἰς τὴν Ἱερουσαλὴμ τὴν πόλιν αὐτοῦ, εἰς τὴν ἐπουράνιον ἐκκλησίαν, εἰς τὸν χορὸν τῶν ἁγίων ἀγγέλων· οἱ δὲ ἐπὶ πολλῷ χρόνῳ γυμνασθέντες ἀδελφοὶ καὶ δοκιμασθέντες, οὗτοι δύνανται τοῖς ἀπείροις βοηθῆσαι, καὶ συμπαθῆσαι.

§. IV. Τινὲς γὰρ ἀσφαλισάμενοι ἑαυτοὺς καὶ ὑπὸ χάριτος Θεοῦ ἐνεργηθέντες μεγάλως οὕτως εὗρον τὰ μέλη

αὐ-

ων ἡγιασμένα, ὥστε
νέζεσθαι αὐτοὺς, ὅτι
υμβαίνει εἰς χριστια-
ὸν γίνεσθαι ἐπιθυμί-
ἀλλὰ κέκτηνται νοῦν
φρονα καὶ ἁγνόν· καὶ
λοιπὸν ὁ ἔσω ἄνθρω-
μετέωρος εἰς τὰ
α καὶ ἐπουράνια, ὥστε
τως νομίσαι τὸν τοι-
ἤδη ἀφθικέναι εἰς
τέλεια μέτρα, καὶ ὡς
μίζει προσηγγικέναι
τῷ εὐδίῳ λιμένι, ἐπ-
ίσταται αὐτῷ κλύ-
ες, ὥστε πάλιν εὑρε-
ναι εἰς τὸ μέσον τοῦ
λάγους, καὶ εἰσενε-
ῆναι ὅπου ἡ θάλασ-
οὐρανὸς, καὶ θάνατός
ἕτοιμος. οὕτως ἡ ἁ-
ρτία ἐπεισελθοῦσα
ειργάσατο πᾶσαν ἐ-
υμίαν κακήν· αὖθις δὲ
οὗτοι χάριτός τινος
ωθέντες, καὶ ὥσπερ εἰ-
ἀπὸ ὅλου βυθοῦ τῆς θα-
σσης ψεκάδα τινὰ δε-
ενοι, εὑρίσκουσιν αὐτὸ
ν καθ' ὥραν, καὶ καθ'
ραν τοσαύτην θαυ-
ργίαν γιγνομένην, ὥ-
τὸν ἐνεργούμενον ἐπὶ
παραδόξῳ, καὶ ξένῃ καὶ
ῃ ἐργασίᾳ θαμβεῖ-
καὶ ἐκπλήττεσθαι πῶς
φίσθη. λοιπὸν φωτίζει
ρις αὐτὸν, ὁδηγεῖ,

ſua repererunt, vt exiſtimarent, non contingere, vt in chriſtianiſmum cadat cupiditas; ſed eos poſſidere mentem ſobriam & caſtam; & quoad reliqua interiorem hominem pendere a diuinis & cœleſtibus: vt omnino exiſtimarent, talem iam ad perfectum perueniſſe gradum, qui cum putaret, appuliſſe ſe iam ad portum tranquillum, inſurrexerunt ei fluctus, vt denuo inuentus ſit in medio pelagi, illucque delatus, vbi mare, cœlum & mors prompta: adeo peccatum ingreſſum produxerat omnem malam cupiditatem. Rurſum vero tales, aliqua gratia digni habiti, &, vt ita dicam, ex imo maris profundo guttulis quibusdam irrorati, reperiunt hoc ipſum ſingulis horis, ſingulisque diebus tam admirandam operationem fieri, vt qui operetur ob inopinatam, peregrinam & diuinam effectionem obſtupeſcat & admiretur, qua ratione deceptus ſit. Porro gratia ipſum illuminat, dirigit,

pacificum reddit, ac bonum efficit, quæ gratia per omnia diuina & cœlestis; vt collatione eius reges, potentes, sapientes, & in dignitate constituti velut minimi ac viles reputentur. Exiguo vero temporis aut horæ spatio post, res immutantur, vt reuera is ipse seipsum reputet grauiorem peccatorem omnibus hominibus: & rursum alia hora videat seipsum veluti regem maximum & ingentem, aut potentem amicum regis: rursum alia hora seipsum videat infirmum & pauperem. Ceterum in perplexitatem labitur animus, quamobrem sic, & rursum sic. Quia satanas, cum id quod bonum est odio prosequatur, mala suggerit his, qui virtutem consectantur, eosque auertere contendit; hoc enim eius est opus.

§. V. Verum ne illi subiiciaris, sed operare iustitiam, quæ in interiori homine perficitur, in quo Christi altare consistit vna cum impolluto sanctuario, vt testimoni-

εἰρηνεύει, ἀγαθύνει
πάντα ὅσα θεῖα καὶ
ἐπουράνια· ὥστε πρ
σύγκρισιν ἐκείνου βασι
λεῖς καὶ δυνάστας, σο
καὶ ἀξιωματικοὺς ὡς ἐλα
χίστους καὶ εὐτελεῖς ἡγ
σθαι· μετὰ δὲ καιρὸν ὥ
ρων μεταβάλλεται τ
πράγματα, ὥστε ἐξ ἀλη
θείας τὸν τοιοῦτον ἑαυ
ἡγεῖσθαι ἁμαρτωλότ
ρον πάντων ἀνθρώπ
καὶ πάλιν ἄλλῃ ὥρᾳ,
ρᾷν ἑαυτὸν οἷον βασιλέ
μέγιστον ἐξαίσιον, ἢ δ
νάστην φίλον βασιλέ
πάλιν ἄλλῃ ὥρᾳ ἑαυ
ὁρᾷν ἀσθενῆ καὶ πτωχ
λοιπὸν εἰς ἀμηχανί
ἐμπίπτει ὁ νοῦς, διατί
τως, καὶ πάλιν οὕτως· ἐ
ὁ σατανᾶς μισόκαλ
ὢν, τὰ πονηρὰ ὑποβά
λει τοῖς τὴν ἀρετὴν κ
τορθοῦσι, καὶ ἀγωνίζ
αὐτοὺς μεταστρέψαι· ἔ
γον γὰρ ἔχει τοῦτο.

§. V. Ἀλλὰ σὺ τ
τῷ μὴ ὑποταγῇς,
ἐν τῷ ἔσω ἀνθρώπῳ ἐ
τελουμένην δικαιοσ
ἐργαζόμενος, ἐν ᾧ τὸ
Χριστοῦ βῆμα ἵσταται
μα τῷ ἀχράντῳ ἁγ
στηρίῳ, ὅπως τὸ μα

ρι

τῆς συνειδήσεώς σου
χᾶσθαι ἐν τῷ σταυρῷ
ριστοῦ, τοῦ καθαρίζοντος
σου τὴν συνείδησιν
νεκρῶν ἔργων, ἵνα τῷ
ύματί σου Θεῷ λα-
ρεύσῃς, ἵνα γνῷς τί
σκυνεῖς κατὰ τὸν εἰ-
τα, ἡμεῖς προσκυνοῦ-
ὃ οἴδαμεν. πεποιθὼς τῷ
ῦντί σε Θεῷ, κοινω-
είτω ἡ ψυχή σου τῷ
, ὡς κοινωνεῖ νύμφη
ρίῳ· τὸ γὰρ μυστήριον
ο μέγα ἐστί, φησίν·
δὲ λέγω εἰς Χριστὸν
ς τὴν ἄμωμον ψυχήν.
δόξα εἰς τοὺς αἰῶ-
ἀμήν.

um conſcientiæ tuæ glorietur in cruce Chriſti, qui expurgat conſcientiam tuam ab operibus mortuis, vt Spiritu tuo Deo miniſtres, vt noris quid adoras, ſecundum eum qui dicit: *Nos adoramus, quod ſcimus.* Confide dirigenti te Deo, conſortium habeat anima tua cum Deo, vt ſponſa ſocietatem colit cum ſponſo. *Myſterium* enim *hoc magnum eſt: Ego vero dico, inter Chriſtum* & incontaminatam animam. Cui gloria in ſecula. Amen.

Ioh. IV, 22.
Eph. V, 32.

ΟΜΙΛΙΑ λγ'.

ἕνεκεν ἐδόθη ἡμῖν
πὸ τοῦ Θεοῦ ἡ θεία
γραφή;

HOMILIA XXXIX.

Ad quid ſcriptura diuina nobis a Deo donata ſit?

§. I.

Ὥσπερ βασιλεὺς
γράψας ἐπιστο-
λὰς, οἷς βούλεται
κέλλους καὶ δωρεὰς
χαρίσασθαι, ση-
ει πᾶσιν, ὅτι ταχέως
δάσατε ἐλθεῖν πρός
ἵνα λάβητε παρ'
δωρεὰς βασιλικὰς,
εἰ μὲ ἀπέλθωσι καὶ

§. I.

Quemadmodum rex, qui ſcribit litteras ad eos, quibus vult codicillos & peculiaria munera largiri, notum facit omnibus, nempe: *Contendite confeſtim ad me venire, vt accipiatis a me munera regia:* qui niſi venerint &

acceperint, nihil ipsis proderit, quod has legerint; quin potius mortis supplicio fiunt obnoxii, quod renuerint venire, & e manu regis honorarium consequi: sic quoque diuinas scripturas velut epistolas misit Rex Deus hominibus, iis significans, vt inuocantes Deum, & credentes petant & consequantur donum cœleste ex hypostasi diuinitatis eius. Scriptum enim

2. Petr. 1, 4. est: *Quo fiamus diuinæ consortes naturæ.* Si vero non accesserit, non petierit, nec acceperit, nihil ei proderit, quod legerit scripturas, imo potius capitali supplicio tenebitur, quod a rege cœlesti noluerit accipere donum vitæ; sine quo fieri nequit, vt vitam immortalem, quæ est Christus, consequatur.

Cui gloria in secula.

Amen.

ΟΜΙΛΙΑ μ'.

πᾶσαι αἱ ἀρεταὶ,
πάντα κακὰ ἀλλή-
ἐκδέδενται, καὶ ὥσ-
ἅλυσίς τις μία τῆς
μιᾶς ἤρτηται.

§. 1.

ΠΕρὶ τῆς φαινομένης
ἀσκήσεως, καὶ ποῖον
ἐπιτήδευμα μεῖ-
καὶ πρῶτον τυγχάνει,
γινώσκετε ἀγαπη-
ὅτι ἀλλήλων ἐκδέδεν-
πᾶσαι αἱ ἀρεταί· ὥσ-
γάρ τις πνευμα-
ἅλυσις, μία τῆς μιᾶς
ηται· ἡ εὐχὴ ἀπὸ τῆς ἀ-
της, ἡ ἀγάπη ἀπὸ τῆς
ρᾶς, ἡ χαρὰ ἀπὸ τῆς
ότητος, ἡ πρᾳότης
τῆς ταπεινώσεως, ἡ
πείνωσις ἀπὸ τῆς διακο-
, ἡ διακονία ἀπὸ τῆς
ίδος, ἡ ἐλπὶς ἀπὸ τῆς
εως, ἡ πίστις ἀπὸ τῆς
κοῆς, ἡ ὑπακοὴ ἀπὸ
πλότητος· ὥσπερ
τὸ ἐναντίον μέρος
ἀφ' ἑνὸς τὰ κακὰ ἐκ-
ται· τὸ μῖσος ἀπὸ
θυμοῦ, ὁ θυμὸς ἀπὸ τῆς
ερηφανίας, ἡ ὑπερη-
ία ἀπὸ τῆς κενοδοξί-
, ἡ κενοδοξία ἀπὸ τῆς
στίας, ἡ ἀπιστία ἀπὸ τῆς
ληροκαρδίας, ἡ σκλη-
καρδία ἀπὸ τῆς ἀμε-

HOMILIA XL.

Cunctas virtutes, & cuncta vitia inter se colligatas esse, & velut catenam vnam ab altera dependere.

§. I.

DE exteriori exercitatione, & quodnam institutum sit potius & primum hoc scitote, dilecti, quod inter se deuinctæ sint omnes virtutes. Velut enim quædam spiritualis catena vna ab altera dependet; precatio a dilectione, dilectio a gaudio, gaudium a mansuetudine, mansuetudo ab humilitate, humilitas ab obsequio, obsequium a spe, spes a fide, fides ab auditu, auditus a simplicitate. Quemadmodum etiam ex aduersa parte vitia, vnum ab altero, dependent; odium ab ira, ira a superbia, superbia a vana gloria, vana gloria ab infidelitate, infidelitas a duritie cordis, durities cordis a ne-

gligentia, negligentia a pigritia, pigritia ab acedia, acedia ab impatientia, impatientia a voluptate, & reliqua membra vitiorum ab inuicem dependentia: sic quoque in bona parte ab inuicem dependent, & suspensæ sunt virtutes.

§. II. Caput autem totius boni instituti, & vertex honestarum actionum est perdurare in precatione, cuius ope ceteras quoque virtutes per postulationem a Deo quotidie consequi possumus. Hinc enim prouenit iis, qui digni habentur, communicatio diuinæ sanctimoniæ & spiritualis efficaciæ, & connexio affectionis animi erga Dominum, velut per arcanam dilectionem. Qui enim seipsum quotidie ad perseuerandum in oratione compellit, ille in amorem diuinum & desiderium ardens a spirituali dilectione accenditur erga Deum, & gratiam perfectionis sanctificantis Spiritus suscipit.

λείας, ἡ ἀμέλεια ἀπὸ τῆς χαυνώσεως, ἡ χαύνωσις ἀπὸ τῆς ἀκηδίας, ἡ ἀκηδία ἀπὸ τῆς ἀνυπομονησίας, ἡ ἀνυπομονησία ἀπὸ τῆς φιληδονίας· καὶ τὰ λοιπὰ μέλη τῆς κακίας ἀλλήλων εἰσὶν ἐκκρεμάμενα· οὕτως καὶ τῷ ἀγαθῷ μέρει ἀλλήλαις εἰσὶν ἐκκρεμάμεναι αἱ ἀρεταὶ καὶ ἀπηρτημέναι.

§. II. Κεφάλαιον δὲ πάσης σπουδῆς ἀγαθῆς καὶ κορυφαῖον τῶν κατορθωμάτων ἐστὶ τὸ προσκαρτερεῖν τῇ εὐχῇ, ἀφ' ἧς καὶ τὰς λοιπὰς ἀρετὰς διὰ τῆς παρὰ Θεοῦ αἰτήσεως ὁσημέραι προσκτᾶσθαι δυνάμεθα· ἐντεῦθεν γὰρ ἐγγίνεται τοῖς καταξιουμένοις ἡ κοινωνία τῆς τοῦ Θεοῦ ἁγιότητος, καὶ τῆς πνευματικῆς ἐνεργείας, καὶ ἡ συνάφεια τῆς τοῦ νοῦ διαθέσεως, ὡς πρὸς τὸν κύριον ἐν ἀγάπῃ ἀρρήτῳ· ὁ γὰρ ἑαυτὸν ὁσημέραι τῇ προσευχῇ προσκαρτερεῖν ἀναγκάζων, εἰς ἔρωτα θεῖον καὶ πόθον ἔμπυρον ὑπὸ τῆς πνευματικῆς ἀγάπης ἐκκαίεται πρὸς Θεόν, καὶ τὴν χάριν τῆς τοῦ πνεύματος ἁγιαστικῆς τελειότητος ὑποδέχεται.

§. III. *Interrogatio?*

Quoniam quidam vendunt facultates suas, seruos libertate donant, & implent mandata, non tamen student consequi in hoc mundo Spiritum, num qui sic viuunt, non abeunt in regnum cælorum?

Responsio.

Disputatio hæc subtilis est. Quidam enim aiunt * vnicum esse regnum, & vnicam gehennam. Nos autem asserimus, multos esse gradus, differentias atque mensuras, non solum in ipso regno, verum etiam in gehenna. Quemadmodum ergo est vna anima in omnibus membris, nihilominus ea sursum in cerebro vim suam exerit, & deorsum pedes commouet: sic quoque diuinitas omnes creaturas, tum cœlestes, tum quæ subtus abyssum sunt, continet, & vbique plene est in creaturis, quamuis aliena a creaturis sit, eo quod sit dimensionis & comprehensionis expers. Attendit ergo ipsa diuinitas homini-

* *Vnicum accipe pro vniformi & pari.*

bus, & gubernat omnia cum ratione. Et quoniam nonnulli precantur, ignorantes quid quærant; quidam vero ieiunant; alii consistunt in ministerio, vnicuique pro modo fidei, Deus, qui iustus iudex est, reddit mercedem. Quæ enim faciunt, metu Dei peragunt: verum non omnes isti filii, aut reges, aut hæredes sunt.

§. IV. Ceterum in mundo alii sunt homicidæ, alii stupro dediti, alii raptores: rursum nonnulli sua pauperibus largiuntur; attendit quoque his & illis Dominus, & quidem bene agentibus, quietem & præmium largitur. Sunt enim mensuræ exiguæ. Et in ipso lumine ac gloria discrepantia quædam est. In ipsa porro gehenna & supplicio inueniuntur venefici, latrones & alii, qui leuia peccata commiserunt. Qui vero asserunt, vnicum esse regnum, & vnicam gehennam, nec esse gradus, perperam loquuntur. Quot enim sunt modo mundani, qui spe-

ποιεῖ, καὶ οἰκονο-
τὰ καλῶς λόγον·
τινὲς μὲν εὔχ-
εἰδότες τί ζητοῦσι
νηστεύουσιν, ἄλλ-
σιν εἰς διακονί-
στῳ καθὼς τὸ μέτρ-
στεως, ὁ Θεὸς δίκαι-
ὢν ἀποδίδωσι τὸ-
ἃ γὰρ ποιοῦσι, δι-
Θεοῦ ποιοῦσιν. ἀ-
εἰσὶν οὗτοι πάντες
τε βασιλεῖς οὔτε
νόμοι.

§. IV. Εἰσὶ δ-
κόσμῳ οἱ μὲν
ἄλλοι πόρνοι, κ-
ἅρπαγες· οἱ δὲ τ-
ἴδια πτωχοῖς δ-
τες, προσέχει τ-
κἀκείνοις ὁ κύρι-
τοῖς μὲν ἀγαθ-
ἀνάπαυσιν καὶ
δίδωσιν· εἰσὶ γὰρ
ὑπερέχοντα, καὶ
μικρά· καὶ ἐν
φωτὶ καὶ τῇ δό-
φορά ἐστι· καὶ
τῇ γεέννῃ, καὶ τ-
σῃ φαίνονται οἱ φ-
κοί, καὶ οἱ λῃστ-
ἄλλοι οἱ μικρὰ
μελέσαντες. οἱ δὲ
τες, μία ἐστὶ βα-
καὶ μία γέεννα,
εἶναι βαθμοί, κα-
γοῦσι. πόσοι γ-
κοσμικοὶ τῶν εἰς-

ctaculis & aliis abſurdis rebus hærent intenti? & quot ſunt modo qui deprecantur ac metuunt Deum? His igitur & illis attendit Deus, & velut iuſtus iudex, his requiem, illis vero ſupplicium præparat.

§. V. Quemadmodum autem homines, qui iungunt equos, currus dirigunt, & adverſus ſe inuicem impellunt; quilibet enim eorum contendit, qua ratione proſternat & ſuperet aduerſarium: ita ſe habet in corde certantium, ſpectaculum improborum ſpirituum cum anima luctantium, Deo & angelis certamen ſpectantibus. Itaque ſingulis horis producuntur ab anima multæ recentes cogitationes; itidem a vitio quoque interius. Anima enim multas reconditas habet cogitationes, quas ad horam ipſam procreat & gignit. Ipſum quoque vitium permultas habet cogitationes & ſtudia, & ad horam producit cogitationes nouas aduerſus [illegible] Mens etenim auriga eſt, quæ iungit

currum animæ, tenens habenas cogitationum: & currit illic contra currum ſatanæ, vbi ipſe quoque iunxit currum aduerſus animam.

§. VI. *Interrogatio?*

Si quies eſt anima, quo pacto dicunt aliqui, nos non poſſe orare, nec perſeuerant in oratione?

* εὐχὴ legi debet.

Reſponſio.

Ipſa requies ſi abundet, ſuppeditat viſcera miſericordiæ atque alia obſequia, velut, viſitandi fratres, miniſtrandi verbo. Ipſa quoque natura deſiderat progredi, & viſere fratres ad loquendum verbum. Nihil enim eſt, quod in ignem coniectum, poteſt permanere in ſua natura, ſed neceſſe eſt ipſum quoque in ignem conuerti: veluti ſi proiicias lapillos in ignem, pauxillum producitur calcis. Sin in mare mittas quempiam, fit vtplurimum, vt demerſus & delatus in medium pelagus, fluctibus obruatur, & viſum effugiat. Qui vero per gradus ingreditur, denuo adſcendere deſiderat, adna-

τὸ ἅρμα τῆς ψυχῆς κατέχων τὰς ἡνίας τῶν λογισμῶν· καὶ ὧδε τρέχει κατὰ τοῦ ἅρματος τοῦ σατανᾶ, ὅπου καὶ αὐτὸς ἔζευξε κατὰ τῆς ψυχῆς.

§. VI. Ἐρώτησις.

Εἰ ἀνάπαυσίς ἐστιν ἡ* ψυχή, πῶς λέγουσί τινες ὅτι οὐ δυνάμεθα εὔχεσθαι, οὐδὲ ὑπομένουσιν ἐν τῇ εὐχῇ;

Ἀπόκρισις.

Αὕτη ἡ ἀνάπαυσις πλεονάζουσα δίδωσι σπλάγχνα καὶ διακονίας ἑτέρας, οἷον τοῦ ἐπισκέψασθαι τοὺς ἀδελφοὺς, τοῦ εἰς τὸν λόγον διακονῆσαι· καὶ αὐτὴ ἡ φύσις θέλει ἀπελθεῖν καὶ ἰδεῖν τοὺς ἀδελφοὺς λαλῆσαι λόγον· οὐδὲν γὰρ ἐν πυρὶ βαλλόμενον δύναται μένειν ἐν τῇ ἰδίᾳ φύσει, ἀλλ' ἀνάγκη καὶ αὐτὸ γίνεσθαι πῦρ· ὃν τρόπον ἐὰν βάλῃς κάχληκας εἰς πῦρ, ὀλίγος γίνεται ἄσβεστος· καὶ εἰς θάλασσαν, ἐπὶ τὸ πολὺ καταδύνει καὶ ἀπελθὼν εἰς μέσον πέλαγος, καταποντίζεται καὶ ἀφανὴς γίνεται· ὁ δὲ κατὰ βαθμὸν εἰσερχόμενος, πάλιν ἀναβῆναι θέλει, καὶ ἐπα-

πλεῖν

λεῦσαι καὶ ἐξελθεῖν εἰς
ένα, καὶ ἰδεῖν τοὺς ἐπὶ
ς ἀνθρώπους. οὕτως καὶ
τὸ πνευματικὸν εἰσ-
χεταί τις εἰς βάθος
ἐριτος, καὶ πάλιν μνη-
νεύει τῶν ἑταίρων αὐ-
, καὶ αὐτὴ ἡ φύσις θέ-
ἀπελθεῖν εἰς ἀδελ-
ς, ἀποπληρῶσαι τὴν
άπην, πληροφορῆσαι
γον.

§.VII. Ἐρώτησις.

Πῶς δύνανται τὰ δύο
όσωπα εἶναι ἐν τῇ
ρδίᾳ, καὶ ἡ χάρις καὶ
ἁμαρτία;

Ἀπόκρισις.

Ὥσπερ ὅταν ᾖ πῦρ
ωθεν χαλκίου, λοιπὸν
ὑποβάλῃς ξύλα, ἰδοὺ
τυρον γίνεται, καὶ τὸ
ωθεν τοῦ σκεύους ἕψε-
, καὶ βράσσει, τοῦ πυρὸς
ωθεν ὑποκαιομένου. εἰ
τις ἀμελήσῃ καὶ μὴ
οβάλῃ ξύλα, ἄρχεται
ιαρώτερον γίνεσθαι
πῦρ, καὶ ὥσπερ κα-
σβέννυσθαι· οὕτως καὶ
χάρις τὸ πῦρ τὸ οὐρά-
, καὶ ἔσωθεν σοῦ ἐστι.
τὸν ἐὰν εὔξῃ, καὶ δῶ-
ς τοὺς λογισμούς σου εἰς
άπην τοῦ Χριστοῦ, ἴδε
ς ὑπέβαλες τὰ ξύλα,
γίνονται οἱ λογισμοί
πῦρ, καὶ βάπτονται εἰς

vigare & egredi ad portum, vt adſpiciat, qui ſunt in terris, homines: ſic quoque in re ſpirituali, aliquis in profundum gratiæ ingreſſus, rurſum recordatur ſociorum ſuorum: quinimo ipſa natura deſiderat accedere ad fratres, implere charitatem, & corroborare verbum.

§.VII. *Interrogatio?*

Quo pacto poſſunt duæ perſonæ in corde conſiſtere, gratia nimirum & peccatum?

Reſponſio.

Quemadmodum ſi ſit ignis extra vas æneum, ceterum ſi ſubieceris ligna, ecce accenditur ille, & quod intra vas eſt, coquitur, & feruet, igne extrinſeco accenſo: ſi vero quis negligat, nec ligna ſubmittat, incipit tepidior euadere ignis, & propemodum exſtingui: ſic quoque gratia, ignis nimirum cœleſtis, intra te eſt: itaque ſi precatus fueris, ac contuleris cogitationes tuas ad dilectionem Chriſti, vide quo pacto ſubieceris ligna, & euadunt cogitationes tuæ in ignem, & tingun-

victum, induitque animam, ac totum hominem affligere incipit. Recordatur ergo anima prioris requiei, atque incipit affligi, & continuis ærumnis affici.

§. IIX. Iterum intendit animus in Deum, cœpit illi appropinquare prior requies, incipit vehementius inquirere. *Deprecor te*, ait, *Domine*. Paulatim apponitur ei ignis accendens & recreans animam: quemadmodum hamus paulatim extrahit e profundo piſcem. Niſi enim hoc ita eſſet, ac guſtaret amaritudinem & mortem, quo pacto poſſet diſcernere amarum a dulci, & mortem a vi-

ΟΜΙΛΙΑ μα'.

*...θέα λίαν τὰ τῆς ψυ-
...ῆς ταμεῖα, τὰ ἀπὸ μέ-
...ς τῇ χάριτι καὶ ταῖς
κακίαις συναυξανο-
μένης.*

§. I.

Τὸ τίμιον σκεῦος τῆς ψυχῆς ἐν πολλῇ βαθύτητι ...υγχάνει, ὥς που φη-...ν, ἄβυσσον καὶ καρ-...ίαν αὐτὸς ἐρευνᾷ· ἐκ-...πεσὼν γὰρ τῆ ἀνθρώ-... τῆς ἐντολῆς, καὶ ὑπὸ ...όφασιν ὀργῆς γεγενη-...ος, λαβοῦσα αὐτὸν ὑ-...χείριον ἡ ἁμαρτία, καὶ ... ὥσπερ ἄβυσσός τις ...ρίας ἐν λεπτότητι καὶ ...θύτητι τυγχάνουσα, ...ελθοῦσα ἔνδον, τὰς νο-...ς τῆς ψυχῆς κατέσχεν, ... τῶν βαθυτάτων αὐτῆς ...μείων. τοιούτῳ δὲ τρό-... παρεικάσομεν τὴν ...υχὴν καὶ τὴν ἁμαρτί-... μιγεῖσαν, ὥσπερ ὅ-...ν ᾖ δένδρον μέγιστον, ...ον πολλοὺς κλῶνας ἔχῃ ... καὶ τὰς ῥίζας ἐν τοῖς ...θυτάτοις τῆς γῆς· ὅ-...ς τὰς νομὰς τῶν ...θυτάτων τῆς ψυχῆς ...μείων ἡ παρελθοῦσα ...μαρτία κατασχοῦσα, ... συνήθεια γέγονε καὶ

Homilia XLI.

Profunda valde ſunt penetralia animæ, quæ paulatim incrementa gratiæ aut vitiorum accipit.

§. I.

Pretioſum vas animæ in ſumma profunditate conſiſtit, vt alicubi inquit: *Abyſſum & cor ipſe ſcrutatur.* *Sir. XLII, 18.* Vbi enim diuerterit homo a mandato, & ſententiæ iræ obnoxius factus fuerit, redigit illum in ſuam poteſtatem peccatum, quod cum ſit velut abyſſus quædam acerbitatis in ſubtilitate & profunditate conſiſtens, ingreſſum intro, paſcua animæ occupauit, vsque ad ima eius receptacula. Hunc autem in modum aſſimilabimus animam & peccatum permixtum, perinde ac ſi ſit arbor ingens, quæ habeat multos ramos, habeat quoque radices profundæ terræ infixas: ſic quoque paſcua intimorum animæ receptaculorum vbi penetrans peccatum occupauit, in conſuetudinem abit &

præoccupationem, cum vnoquoque ab infantia simul augmentum sumens conuersatur, & vitia edocet.

§. II. Vbi ergo gratiæ divinæ efficacia obumbrauerit animæ pro modo vnius cuiusque fidei, atque desuper auxilium receperit, adhuc aliqua in parte adumbrat gratia. Ne ergo arbitreris, quempiam tota anima esse illuminatum: adhuc multum pabulum vitii intus latet, summoq; labore indiget homo, & defatigatione, quæ consentiat collatæ ipsi gratiæ. Propterea enim particulatim incipit diuina gratia aduentare in animam, quæ vel vnius horæ momento possit hominem, vbi expurgarit eum, perfectum reddere; verum vt probet intentionem hominis, an dilectionem erga Deum integram conseruet, nullo prorsus habito commercio cum improbo; sed totum gratiæ seipsum tradat: hocq; pacto probata tempore & opportunitate anima, gratiamq; in nulla prorsus re contristans,

προλάψῃ ἑκάσ
θεν συναυξανομ
συναναστρεφομέ
τὰ κακὰ ἐκδιδ

§. II. Ἐπ
χάριτος θείας
ἐπισκιάσῃ τῇ
τὰ τὸ μέτρον
πίστεως, καὶ δέξ
βοήθειαν, ἀκ
ρει τινὶ ἐπισκιά
ρις. μὴ νομίσῃ
λην τὴν ψυχ
τισμ. ἀκμὴ
μὴ τῆς κακίας ἐν
πολλοῦ πόνου
καμάτου τοῦ
συμφωνοῦντος
αὐτὸν χάριτι.
γὰρ καὶ ἀπὸ μέ
ἡ θεία χάρις
τῇ ψυχῇ, δυ
τῇ ὥρας τὸν
καθαρίσασα
ἀλλ' ἵνα δοκ
προαίρεσιν τοῦ
εἰ τὴν ἀγάπην
ὃν ὁλόκληρον
μὴ συνδυάζων
ρῶν ἐν μηδενὶ,
τῇ χάριτι ἑαυ
δὲς τοῖς ὅτ
μῦσα ἡ ψυχ
τοῖς καιροῖς, καὶ
ρεν ἐν μηδενὶ

μήτε ἐνυβρίζουσα, ἐκ τοῦ κατ' ὀλίγον βοηθεῖται· καὶ αὐτὴ δὲ ἡ χάρις νομὴν λαμβάνει ἐν τῇ ψυχῇ, καὶ ἕως τῶν βαθυτάτων αὐτῆς μερῶν καὶ διαλογισμῶν ῥιζοῦται, ἐν καιροῖς πλείοσιν εὐδοκιμούσης καὶ συμφωνούσης τῆς ψυχῆς τῇ χάριτι· ἕως οὗ ὅλη ἡ ψυχὴ περιληφθῇ ὑπὸ τῆς ἐπουρανίου χάριτος, λοιπὸν βασιλευούσης ἐν αὐτῷ τῷ σκεύει.

§. III. Ἐὰν δέ τις μὴ ᾖ ἐν ταπεινοφροσύνῃ πολλῇ, παραδίδοται οὗτος τῷ σατανᾷ, καὶ ἀπογυμνοῦται τῆς πρὸς αὐτὸν γινομένης θείας χάριτος, καὶ πειράζεται ἐν θλίψεσι πολλαῖς, καὶ τότε φανεροῦται αὐτοῦ ἡ οἴησις, ὅτι γυμνὸς καὶ ταλαίπωρος ὑπάρχει. ὀφείλει οὖν ὁ πλουτῶν τῇ χάριτι τοῦ θεοῦ ἐν πολλῇ ταπεινοφροσύνῃ καὶ συντριμμῷ καρδίας ὑπάρχειν· καὶ ὡς πτωχὸν καὶ μηδὲν ἔχοντα ἑαυτὸν ἡγεῖσθαι· ἀλλότριον αὐτοῦ ἐστι, καὶ ἄλλος ἔδωκεν αὐτῷ, καὶ ὅτε βούλεται αἴρει αὐτό· ὁ οὕτως ταπεινῶν ἑαυτὸν ἐπὶ θεοῦ καὶ ἀνθρώπων,

nec vlla contumelia afficiens, a modico ſumto initio auxilium conſequitur. Ipſa quoque gratia paſtum in anima ſumit, & ad profundiſſimas vsque eius partes & cogitationes radices mittit, cum in multis occaſionibus probata ſit, & conſentiens gratiæ anima, donec tota anima abſorpta eſt a cœleſti gratia, poſtmodum in ipſo vaſe regnante.

§. III. Quod ſi vero quis non ſtuduerit ſummæ humilitati, traditur iſte ſatanæ, & denudatus diuina ſibi collata gratia, tentatur afflictionibus multis; & tum manifeſtatur eius exiſtimatio, quod nudus & ærumnoſus ſit. Debet ergo, qui locuples eſt gratia diuina, in multa humilitate & contritione cordis verſari, & velut pauperem ac nihil habentem ſeipſum exiſtimare; alienum eſt quod habet, aliusque ſibi dedit, & quando vult, aufert illud. Qui hoc pacto ſeipſum humiliat, tam apud Deum quam homines,

potest conseruare collatam sibi gratiam, vt inquit: *Qui se humiliat, exaltabitur.* Et quamuis sit electus Dei, apud se reprobatus esto: quamuis sit fidelis, velut indignum seipsum reputet. Eiusmodi enim animæ Deo summopere placent, & viuificantur per Christum. Cui gloria & potentia in secula. Amen.

δυνάμεως διαφυλάξῃ τὴν πρὸς αὐτὸν γινομένην χάριν, καθώς φησιν· ὁ ταπεινῶν ἑαυτὸν ὑψωθήσεται· καίπερ ὢν ἐκλεκτὸς Θεοῦ, παρ' ἑαυτῷ ἀποδεδοκιμασμένος ἔστω· καὶ ὢν πιστός, ὡς ἀνάξιον ἑαυτὸν ἡγείσθω. τοιαῦται γὰρ ψυχαὶ εὐαρεστοῦσι Θεῷ, καὶ ζωοποιοῦνται ἐν Χριστῷ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

HOMILIA XLII.

Non externa sed interna promouent aut lædunt hominem, veluti Spiritus gratiæ, aut Spiritus nequitiæ.

§. I.

QVemadmodum si fuerit vrbs ingens, eaque sit deserta, muris videlicet dissolutis, atque ab hostibus capta, nulla magnitudinis est vtilitas. Expetendum ergo est præter magnitudinem, vt habeat quoque muros firmos, ne hostes inuadant: sic sane quoq; animæ, exornatæ scientia & intellectu, & ingenio acutissimo, velut magnæ

*alii κατὰ.

ΟΜΙΛΙΑ μβʹ.

Μὴ τὰ ἔξωθεν, ἀλλὰ τὰ ἔνδοθεν προάγειν ἢ βλάπτειν τὸν ἄνθρωπον, οἷον ἢ τὸ τῆς χάριτος πνεῦμα ἢ τὸ πνεῦμα τῆς πονηρίας.

§. I.

ΩΣπερ ἐὰν ᾖ πόλις μεγάλη, ἔρημος δὲ ᾖ τῶν τειχῶν διαλελυμένων, καὶ ὑπὸ ἐχθρῶν ληφθῇ, οὐδὲν τῆς μεγαλειότητος ὄφελος· ζητητέον οὖν καὶ τὸ μέγεθος, ἵνα ἔχῃ καὶ τείχη ὀχυρὰ πρὸς τὸ μὴ τοὺς ἐχθροὺς εἰσελθεῖν· οὕτω δὴ καὶ ψυχαὶ κεκοσμημέναι γνώσει καὶ συνέσει, καὶ ὀξυτάτῃ, ὡς πόλ-

ſunt vrbes. Ceterum quærendum, an munitæ ſint virtute Spiritus, ne quando hoſtes irruentes deſolentur eas. Sapientes enim huius mundi Ariſtoteles, Plato vel Socrates, qui rerum notitiam callebant, inſtar magnarum erant vrbium; verum vaſtati erant ab hoſtibus, eo quod non eſſet Spiritus Dei in ipſis.

§. II. Quicunque vero ex idiotis participes ſunt gratiæ, velut vrbes paruæ ſunt, munitæ virtute crucis. Excidunt vero a gratia duplici de cauſa, & pereunt, aut quod illatas afflictiones non ſuſtineant, aut quod voluptatibus peccati ſe deliniri permiſerint. Non enim poſſunt qui transmeant, absque tentationibus penetrare. Quemadmodum ergo in partu, paupercula & regina eosdem dolores ſuſtinent; itidem quoque terra diuitis & pauperis, niſi conuenientem acceperit imbrem, non poteſt fructus dignos producere: ſic quoque in operatione animæ, non ſapiens, non locuples

* alii: ἐνδιωθῆναι ὑπομεῖναι.

cunque euenerint, ſiue bona,
ſiue mala benigni ſunt, vt in-
Luc. quit Dominus: *Eſtote beni-*
VI,36. *gni, ſicut Pater veſter cæleſtis.*
Matth. *Quod enim lædit & inquinat*
XV,11. *hominem, intus eſt. Nam de corde exeunt cogitationes malæ*, vt Dominus ait, quoniam, quæ inquinant hominem, interna ſunt.

§. III. Intus ergo eſt in anima repens & progrediens ſpiritus malitiæ, rationale impulſiuum, quod eſt velamen tenebrarum, vetus nimirum homo, quem oportet eos, qui ad Dominum confugiunt, exſuere, atque indue-

ὥστε οὖν τὸν ἀγῶνα
ςος ἐν τοῖς λογισμοῖς
ὀφείλει κεκτῆσθαι, ἵνα
λάμψῃ τῇ καρδίᾳ
ὁ Χριστός. ᾧ ἡ δόξα
τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

brarum. Quocirca vnusquisque in cogitationibus suis debet certamen inire, vt illucescat cordi eius Christus. Cui gloria in secula. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ μγ΄.

τῆς προκοπῆς τοῦ
τιανοῦ ἀνδρός, ἧς πᾶ-
ἡ δύναμις ἐκ τῆς καρ-
ἀποκρεμαμένη ἐστὶν
τερ ποικίλως ἐνταῦ-
θα διαγράφεται.

HOMILIA XLIII.

De progressu viri christiani, cuius tota vis ex corde dependet, vt hic varie describitur.

§. I.

Ὥσπερ ἀπὸ τοῦ πυ-
ρὸς ἅπτονται λύ-
χνοι πολλοὶ καὶ
λαμπάδες καιόμεναι·
ται δὲ αἱ λαμπάδες
οἱ λύχνοι ἀπὸ μιᾶς
σεως ἀνάπτονται καὶ
λάμπουσιν· οὕτως καὶ οἱ χρι-
στιανοὶ ἀπὸ μιᾶς φύσεως
ἅπτονται, καὶ φαίνουσι,
πυρὸς τοῦ θείου τοῦ υἱοῦ
θεοῦ, καὶ ἔχουσι τὰς
λαμπάδας καιομένας εἰς
καρδίας αὐτῶν, καὶ
φαίνουσι καὶ ἐνώπιον αὐτοῦ
γῇ ὄντες, καθὼς καὶ
ὸς· λέγει γάρ, διὰ τοῦ-
ἔχρισέ σε ὁ θεὸς σου
ιον ἀγαλλιάσεως. διὰ
ὁ Χριστὸς ἐπεκλήθη,
τῷ αὐτῷ ἐλαίῳ, ᾧ αὐ-
ἐχρίσθη, καὶ ἡμεῖς χρι-
σθέντες γινόμεθα χριστοί,

§. I.

Qvemadmodum ab igni accenduntur lucernæ multæ & lampades ardentes; cunctæ vero lampades & lucernæ ab vna natura accenduntur & splendent: sic quoque christiani ab vna natura accenduntur & lucent, ignis nimirum diuini, Filii Dei: & habent lampades ardentes in cordibus suis, lucentque in conspectu eius, vel adhuc in terra degentes, sicut & ipse. Inquit enim: *Propterea vnxit te, Deus, Deus tuus oleo lætitiæ.* Idcirco appellatus est Christus, vt eo ipso oleo, quo ipse est vnctus, nos quoque vncti fiamus christi, Psalm. XLV. 8.

eiusdem, vt ita dicam, substantiæ, & vnius corporis. Ebr. II, 11. Inquit rursum: *Qui sanctificat, & qui sanctificantur ex vno omnes.*

§. II. Similes igitur sunt christiani ex aliqua parte lucernis habentibus oleum in se, hoc est fructus iustitiæ, & nisi accendatur lucerna in eis a lucerna diuina, nihil sunt. Dominus erat lucerna ardens, propter Spiritum diuinitatis manentem substantialiter in ipso, & accendentem eius cor pro humana natura. Perinde vero ac si sit marsupium putidum, plenum margaritis: sic quoque christiani, quoad externum hominem, humiles debent esse, & vilis conditionis, intus vero in interiori homine obtinent pretiosam margaritam. Nonnulli vero sunt sepulcris dealbatis similes, Matth. XXIII, 27. exterius quidem depicti & valde splendidi; intus vero pleni ossium mortuorum, fœtoris multi, & spirituum immundorum; mortui sunt a Deo: atque omni turpitu-

, καὶ τὸ σκότ☉-
κειμένε ἐνδεδυ-

I. ὁ ἀπόστολ☉-
τι ὁ νήπι☉-, ἕως
ρός ἐστιν, ὑπὸ ἐπι-
καὶ οἰκονόμους τ
ν πνευμάτων ἀ-
τινα πνεύματα ὀ
τὸν νήπιον αὐξη-
να μὴ γενόμεν☉-
έλει☉-, ἄρξηται
ειν τὰ καλὰ τὸν οἰ-
αι ἐκδικεῖν τὴν κυ-
ν· ὁ χριστιανὸς
τε ὀφείλει τὴν
τοῦ θεοῦ ἔχειν·
ται γάρ, ἀγαπή-
ον τὸν θεόν σου ἐξ
ς καρδίας σου, ἵνα
ν, ὅτε εἰσέρχεται
υστήριον, ἀγαπᾷ
ον, ἀλλὰ καὶ περι-
καὶ ὁμιλῶν, καὶ
ἔχῃ τὴν μνήμην
, καὶ τὴν ἀγά-
καὶ τὴν στοργήν·
ρ, ὅπου ὁ νοῦς σου,
ὁ θησαυρός σου·
ς πρᾶγμα ἡ καρ-
ς δέδεται, καὶ
ἐπιθυμία ἕλκει
ἐκεῖνό ἐστιν αὐτοῦ
καὶ ἐπιθυμῇ ἐ
πάντοτε τοῦ θεοῦ,
ἐστι κύρι☉- τῆς καρ-
τοῦ· ὁ δὲ ἀποτα-
τις καὶ γενόμε-

dine, sordibus & tenebris adversarii induti.

§.III. Apostolus ait: *Puer, quamdiu paruulus est, sub tutoribus & curatoribus* spirituum immundorum agit, qui spiritus nolunt puerum crescere, ne, vbi in virum perfectum euaserit, incipiat quærere, quæ ad familiam pertinent, & vindicare dominium. Christianus nullo non tempore debet memoriam Dei habere. Scriptum enim est: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo:* ne solum, quando ingreditur oratorium, diligat Dominum, sed etiam ambulans, colloquens, & comedens, in memoria Deum habeat, diligat, & amore prosequatur. Inquit enim: *Vbi mens tua, ibi quoque thesaurus tuus.* Ad quamcunque enim rem cor alicuius alligatur, & quo eum trahit cupido, illa res est eius Deus. Si desideret cor vbique Dominum, ipse est Dominus cordis eius. Quispiam vero, qui abrenuntiauit, omnibusque

Gal. IV, 1.

Deut. VI, 5.

Matth. VI, 21.

ſuis facultatibus, & vrbe relictis, ieiunio dat operam, iſte ſui ipſius homini adhuc alligatus hæret, aut rebus mundanis, aut familiaribus, aut amori parentum: vbi alligatum eſt eius cor, & mens eius captiuata, idipſum eſt eius Deus: & deprehenditur quidem per amplam portam e mundo exceſſiſſe, per oſtiolum autem ingreſſus in mundum incidiſſe. Quemadmodum ſarmenta in ignem proiecta nequeunt reſiſtere vi ignis, ſed confeſtim comburuntur; ſic quoque dæmones, qui bellum volunt inferre homini Spiritum conſecuto, comburuntur & conſumuntur a diuina virtute ignis, modo homo perpetuo Domino adhæreat, fiduciamque & ſpem in eum collocet. Et ſi fuerint dæmones fortes, robore montibus haud abſimiles, ab oratione comburuntur, velut cera ab igni. Ingens vero interea intercedit certamen ac bellum animæ aduerſus eoſdem. Flu-

...ων ἐκεῖ, καὶ
...ντων· πῦρ ἐστι
... εἰς τὴν ψυ-
...ερ ὁ τέλειος
... μεθύων εἰς
... τῆς πλάνης ἢ
... ἢ μοιχεύων,
...στιν εἰς τὸ κα-
... καὶ οἱ χριστια-
...σμένοι εἰς τὸ
... ἅγιον, ἄπει-
...ι τοῦ κακοῦ·
...ες χάριν, καὶ
...ένοι τῇ ἁμαρ-
...τὸ φόβον εἰσὶ,
...οβερὸν τόπον

vii draconum sunt illic, atque ora leonum; ignis accendens animam. Quemadmodum ergo perfectus in malo committendo, inebriatus spiritu erroris, homicidio aut adulterio deditus, exsaturari malitia nequit: sic quoque christiani, baptizati in Spiritum sanctum, rudes euadunt vitiorum. Qui vero consecuti gratiam adhuc permiscentur peccato, hi sub metu sunt, & per formidabilem locum iter faciunt.

...καθάπερ γὰρ
...πλέοντες κἂν
...ν ἄνεμον καὶ
... τὴν θάλασ-
... δὲ φθάσωσιν
...να, ἀεὶ ὑπὸ
... μήπως ἄφνω
...θέντος ἀνέ-
...ισθῇ ἡ θά-
... κινδυνεύσῃ
... οὕτω καὶ οἱ
... καὶ ἔχουσιν
...ύσιον ἄνεμον
...ύματος πνέ-
...ἔτι ὑπὸ φό-
...ήπως ὁ ἄνε-
...ναντίας δυ-
...εύσῃ ἀπελ-
...ραχήν τινα
...να κινήσῃ

§. IV. Quemadmodum enim mercatores dum nauigant, licet nacti sint secundum ventum & tranquillum mare, nec dum peruenerint ad portum, continuo sub metu sunt, ne derepente contrario excitato vento fluctibus mare agitetur, & nauis in periculum incidat: sic quoque christiani, licet habeant in se prosperum ventum sancti Spiritus flantem, nihilominus metuunt, ne aliquando ventus contrariæ potestatis spiret & insurgat, & tempestatem quandam ac fluctus

excitet animis eorum. Diligentia ergo summa opus, vt perueniamus ad portum requiei, ad mundum perfectum, ad vitam & delicias æternas, ad ciuitatem sanctorum, ad cœlestem Ierusalem, ad ecclesiam primogenitorum. Nisi vero quis gradus illos transierit, summopere metuit, ne forte interea lapsum quendam aduersaria potestas moliatur.

Ebr. XII, 22. 23.

§. V. Perinde vero ac mulier quæ concepit, intus habet infantem suum in tenebris, vt ita dicam, & denso loco: si vero postmodum contingat egredi puerum tempore debito, intuetur nouam creaturam, quam nunquam viderat, cœli, terræ & solis. Et amici atque cognati continuo hilari vultu excipiunt eum in vlnas. Quod si vero contingat a confusione quadam diuelli intus infantem, necessario superest, vt ad hoc constituti medici cultello vtantur; itaque deprehenditur postea infans a morte in mortem pergere, a

ταῖς ψυχαῖς αὐτῶν. σπ
ουδῆς οὖν πολλῆς χρεία, ἵ
φθάσωμεν εἰς τὸν λ
μένα τῆς καταπαύσεως,
τὸν τέλειον κόσμον,
τὴν αἰωνίαν ζωὴν κ
τρυφὴν, εἰς τὴν πόλιν τῶ
ἁγίων, εἰς τὴν ἐπουράνιο
Ἱερουσαλὴμ, εἰς τὴν ἐκ
κλησίαν τῶν πρωτοτόκων
ἐὰν δὲ μὴ διέλθῃ τις τὰ
μέτρα ἐκεῖνα, ὑπὸ φό
βου ἐστὶ πολλοῦ, μήπως ἐν
τῷ μεταξὺ πτῶσίν τινα
ἡ πονηρὰ δύναμις ἐργά
σηται.

§. V. Ὥσπερ δὲ γυ
νὴ συλλαβοῦσα ἐντὸς ἔχ
τὸ βρέφος αὐτῆς ἐν σκ
τει, ὡς εἰπεῖν, καὶ ὑλώδει
τόπῳ· ἐὰν δὲ συμβῇ λοι
πὸν ἐξελθεῖν τὸ παιδίο
ἐν δέοντι καιρῷ, βλέπει
κτίσιν καινοτέραν, ἣν οὐ
δέποτε εἶδεν, οὐρανοῦ, κ
γῆς, καὶ ἡλίου· καὶ εὐθὺ
οἱ φίλοι καὶ συγγενεῖ
ἱλαρῷ τῷ προσώπῳ δέ
χονται αὐτὸ εἰς τὰς
ἀγκάλας. ἐὰν δὲ συμβῇ
ὑπὸ ἀταξίας τινὸς στρα
φῆναι ἔνδον τὸ παιδίον
ἀνάγκη λοιπὸν τοὺς εἰς
τοῦτο τεταγμένους ἰατροὺ
ξίφει χρήσασθαι· καὶ λοι
πὸν εὑρίσκεται τὸ παι
δίον ἀπὸ θανάτου εἰς
θάνατον χωρεῖν, καὶ

ἀπὸ

τους εἰς σκότος·
ἔλαβε καὶ εἰς τὸ
κὸν, ὅσοι ὑπεδέ-
σπόρον τοῦ θεό-
τος ἀοράτως ἔ-
τὸν, καὶ διὰ τὴν
ἁμαρτίαν, ἐν
καὶ φοβεροῖς τό-
πτουσιν. ἐὰν οὖν
ωσιν ἑαυτοὺς,
σι τὸ σπέρμα,
δέοντι καιρῷ ἀ-
ς εἰς τὸ φανε-
οιπὸν ἐν τῇ δια-
σώματος οἱ ἄγ-
πάντες οἱ ἄνω
ροῖς προσώποις
νται αὐτούς. ἐὰν
ξάμενος τὰ ὅ-
ριστοῦ εἰς τὸ πο-
ἀνδρείως χαυ-
ίως ὁ τοιοῦτος
αι τοῖς ἐχθροῖς,
ῇ διαλύσει τοῦ
ἀπὸ σκότους τοῦ
χοντος αὐτὸν,
χαλεπώτερον
ωρεῖ καὶ ἀπώ-

. Ὥσπερ δὲ
ράδεισος ἔχων
ρποφόρα, καὶ
ὰ εὐώδη, καὶ
καλῶς εἰργα-
πεφιλοκαλ-
ἔχει δὲ καὶ μι-
ος ἀντὶ θριγ-
ούσον αὐτόν·

tenebris in tenebras. Sic accipe quoque in re ſpirituali. Quicunque ſuſceperunt ſemen diuinitatis, hi inuiſibili modo obtinent illud, & propter inhabitans ſibi peccatum in tenebricoſis & timendis locis occultant. Si ergo muniant ſeipſos, & conſeruent ſemen, iſti debito tempore producunt in lucem, & tandem in diſſolutione corporis, angeli & omnes ſuperni chori læto vultu excipiunt illos. Si vero quis ſuſceptis armis Chriſti ad bellum fortiter gerendum, ſocordia diffluerit, eiusmodi qui eſt, quam primum traditur hoſtibus, & in diſſolutione corporis a tenebris, quæ nunc comprehendunt illum, in alias moleſtiores tenebras, & in interitum pergit.

§. VII. Perinde vero ac ſi ſit hortus, arboribus fructiferis, & aliis fragrantibus plantis conſitus, atque per omnia bene excultus & exornatus, munitus quoque pro vallo, exiguo pariete conſeruante eum;

contingat vero fluuium rapidum illic transcurrere, licet modicum aquæ allidat parieti, corrumpit fundamentum, sumtaque eductione paulatim dissoluit fundamentum, atque irruens effringit & exstirpat omnes plantas, vniversam culturam delet, & sterilem reddit: sic quoque se habet cor hominis, possidet cogitationes honestas; appropinquant vero cordi perpetuo & fluuii vitiorum, volentes illud deiicere, atque in suam partem protrahere. Itaque si animus paululum leuis factus, illabatur in impuras cogitationes, ecce acceperunt pabulum spiritus erroris, & ingressi euerterunt illius ornamenta, exstinctisque bonis cogitationibus animam deuastarunt.

§. IIX. Quemadmodum vero oculus omnium membrorum est minimus, & ipsa pupilla, quæ est exigua, est vas ingens. Intuetur enim vno momento, cœlum, astra, solem, lunam, vrbes, & alias creaturas: eodem quo-

συμβῇ δὲ ἐκεῖ ποταμὸν ὁρμητικὸν ἐλθεῖν, εἰ καὶ μικρὸν ὕδατος προσκρούσῃ τῷ τοίχῳ, ὑποφθείρει τὸ θεμέλιον, λαμβάνει ἐκβολήν, καὶ κατὰ μικρὸν λύει τὸν θεμέλιον, καὶ εἰσελθὸν διαρρήσσει καὶ ἐκριζοῖ πάντα τὰ φυτά, καὶ ὅλην τὴν ἐργασίαν ἀφανίζει, καὶ ἄκαρπον ποιεῖ· οὕτως ἐστὶ καὶ ἡ καρδία τοῦ ἀνθρώπου, ἔχει τοὺς λογισμοὺς τοὺς καλούς· πλησιάζουσι δὲ πάντοτε καὶ οἱ ποταμοὶ τῆς κακίας τῇ καρδίᾳ, θέλοντες αὐτὴν καταβαλεῖν καὶ ἑλκύσαι εἰς τὸ ἴδιον μέρος. λοιπὸν ἐὰν ἡ μικρὸν ὁ νοῦς ἐκκλίνῃ, καὶ ἐξέλθῃ τοῖς ἀκαθάρτοις λογισμοῖς, ἰδοὺ ἔλαβον τροφὴν τὰ πνεύματα τῆς πλάνης, καὶ εἰσῆλθον καὶ κατέστρεψαν τὰ ἐκεῖ κάλλη, ἔσβεσαν τοὺς ἀγαθοὺς λογισμούς, καὶ ἠρήμωσαν τὴν ψυχήν.

§. IIX. Ὥσπερ ἐστὶν ὀφθαλμὸς μικρὸς παρὰ ὅλα τὰ μέλη, καὶ αὐτὴ ἡ κόρη μικρὰ οὖσα, μέγα ἐστὶ σκεῦος· ἐν γὰρ μιᾷ ῥοπῇ βλέπει οὐρανόν, ἀστέρας, ἥλιον, σελήνην, πόλεις, καὶ ἄλλα κτίσματα· ὁμοί-

que modo, quæ conſpiciuntur vno eodemque momento, in illa parua pupilla oculi formantur & effinguntur: ſic quoque ſe mens habet in corde: ipſumque cor eſt vas quoddam exiguum, ibique ſunt dracones, ibi leones, ibi venenoſæ beſtiæ, ibi cuncti vitiorum theſauri: ibi quoque aſperæ & ſalebroſæ viæ, ibi præcipitia: itidem e diverſo, ibi eſt Deus, ibi quoque angeli, ibi vita & regnum, ibi lumen & apoſtoli, ibi theſauri gratiæ: ibi ſunt omnia. Quemadmodum enim eſt nebula ſuper vniuerſam terram extenſa, & homo hominem non videt; ſic quoque ſunt tenebræ ſeculi huius expanſæ ſuper omnem creaturam & vniuerſam naturam humanam a tempore transgreſſionis; vnde tenebris offuſi ſunt in nocte, & in formidabilibus locis vitam agunt. Et quemadmodum magna fumi copia eſt in domo quapiam; ſic quoque peccatum cum obſcœnis cogitationibus ſuis inſidet &

tes eo, sed, mortem formi-
dantes, domi remanent; er-
go proferuntur tirones, pau-
peres & idiotæ; & accidit, v
victoria comparata aduersus
hostes persequantur eos ex-
tra limites vsque, atque vi-
ctoriæ præmiis ac coronis a
rege acceptis, ad dignitates
& honorum gradus promo-
veantur; illi vero magni lon-
ge ab horum tergo reperiun-
tur: sic quoque se res habet
spiritualis. Rudes ac plebeii,
audientes initio verbum, ve-
ritatis amanti cogitatione
opus eius perficiunt, & acci-
piunt a Deo gratiam Spiritus;
sapientes vero, & qui subtili-

σφοδρῶς πνέοντες
τὰ κτίσματα τὰ
οὐρανὸν κινοῦσι, καὶ
ολὴν ἀποτελοῦσιν·
δύναμις τοῦ ἐχθροῦ
ῃ φέρει τοὺς λογι-
ῃ σαλεύει τὰ βά-
ρδίας πρὸς τὸ ἑ-
λημα, καὶ εἰς τὴν
αν αὐτοῦ σκορπίζει
σμούς. ὥσπερ οἱ
λῶναι καθεζόμε-
ὰς στενὰς ὁδούς, καὶ
τες τοὺς παριόντας
ρέοντες, οὕτως καὶ
νες ἐπιτηροῦσι καὶ
τι τὰς ψυχάς, καὶ
ξέρχεσθαι αὐτὰς
ματος, ἐὰν μὴ
καθαρισθῶσιν, οὐκ
τονται ἀνελθεῖν εἰς
ὰς τοῦ οὐρανοῦ, καὶ
σαι τῷ δεσπότῃ
αποφέρονται γὰρ
ἀερίων δαιμό-
ἱ ὑπάρχοντες ἐν
ὅτι διὰ πόνου καὶ
πολλοῦ τὴν ἐξ
ρὰ κυρίου κτή-
χάριν· δηλαδὴ
ὶ ἡ δι᾽ ἐναρέτου
αμένων πολι-
ρὸς τὸν κύριον
νται, καθὼς ε-
ου, ὅπου εἰμὶ ἐγώ,
διάκονος ὁ ἐμὸς
ς τοὺς ἀπεράντους
υμβασιλεύσουσι

venti vehementer flantes omnes creaturas, quæ ſunt ſub cœlis, commouent, atque ſonum ingentem edunt; ſic potentia hoſtis pulſat, fert cogitationes, atque agit e profunda cordis pro ſuo ipſius lubitu, & in miniſterium ſui diſpergit cogitationes. Sicut publicani ſedent iuxta vias anguſtas, & retinent atque concutiunt prætereuntes: ſic quoque dæmones obſeruant & detinent animas, & dum decedunt eæ e corpore, niſi perfecte fuerint expurgatæ, non permittunt eis adſcendere ad manſiones cœli, & occurrere Domino ſuo: euertuntur enim ab aeriis dæmonibus. Qui vero verſantur in carne, nihilominus ſummo labore ac certamine ſupernam a Domino conſequentur gratiam: nempe hi cum illis, qui per honeſtam quieuerunt conuerſationem, ad Dominum proficiſcentur, vt pollicitus eſt: *Vbi ſum ego, illic & miniſter meus erit.* Et per infinita ſecula regnabunt

Ioh. XII, 26.

cum Patre & Filio, & Spiritu sancto, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

τῷ πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ
πνεύματι, νῦν καὶ
καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν
αἰώνων. ἀμήν.

Homilia XLIV.

Quantam in homine christiano mutationem & renouationem faciat Christus, qui animæ affectiones ac morbos sanauit.

§. I.

QVi accedit ad Deum, & Christi adsessor reuera esse desiderat, huius scopi gratia accedere debet, vt conuertatur ipse, & transmutetur a priori statu & conuersatione, ac bonum & nouum hominem demonstret, qui nihil veteris hominis gestet, *si*
2. Cor. V, 17. *quis enim*, inquit, *in Christo, noua creatura*. Dominus enim noster Iesus Christus propter ea venit, vt naturam conuerteret, mutaret & renouaret, atque rursum conderet animam hanc euersam affectionibus propter transgressionem, commiscens eandem cum suo Spiritu diuino. No-

ΟΜΙΛΙΑ μδ'.

*Πόσην ἐν ἀνθρώπῳ χρι-
στιανῷ μεταβολὴν καὶ ἀ-
νακαίνισιν ἀπεργάζε-
ὁ Χριστὸς, ὁ τὰ τῆς ψυχ-
πάθη καὶ νόσους θε-
ραπεύσας.*

§. 1.

Ὁ Προσερχόμενος
τῷ Θεῷ, καὶ Χρι-
πάρεδρος ὄν-
θέλων εἶναι, τούτου χά-
ριν τοῦ σκοποῦ ὀφείλει προ-
έρχεσθαι τοῦ ἀλλαγῆ-
αὐτὸν, καὶ μεταβληθ-
ἀπὸ τῆς προτέρας κατα-
στάσεως καὶ ἀναστροφῆς
λὸν καὶ καινὸν ἄνθ-
ἀποδειχθῆναι, μηδ-
τοῦ παλαιοῦ ἀνθρώπου
φερόμενον. εἴ τις γάρ
σιν, ἐν Χριστῷ, καινὴ
καὶ γὰρ ὁ κύριος
ἡμῶν Χριστὸς διὰ τοῦτο
παραγέγονεν, ὥστε τὴν
ἀλλάξαι καὶ μεταβαλ-
ἀνακαινίσαι, καὶ ἀνα-
τὴν ψυχὴν ταύτην
καταστραμμένην τοῖς
θεσι διὰ τὴν παράβα-
κεράσας τῷ ἰδίῳ
πνεύματι τῆς θεότη-

νοῦν, καὶ καινὴν ψυ-
, καὶ καινοὺς ὀφθαλ-
, καινὰ ὦτα, καινὴν
ῶτταν πνευματικήν,
ἁπαξαπλῶς καινοὺς
ρώπους τοὺς πιστεύον-
αὐτῷ, ἦλθεν ἀπερ-
σασθαι, ἤτοι καινοὺς
ὺς, χρίσας αὐτοὺς τῷ
τοῦ φωτὶ τῆς γνώσεως,
μεταβάλῃ νέον οἶ-
, ὅ ἐστι τὸ πνεῦμα αὐ-
οἶνον γάρ φησι, νέον
ἀσκοὺς καινοὺς βλη-
ν.

§. II. Ὥσπερ γὰρ ὁ
ρὸς λαβὼν τὸν ἄνθρω-
ὑποχείριον, καινὸν
ὸν εἰς ἑαυτὸν εἰργά-
, πάθεσι κακίας πε-
λῶν, καὶ χρίσας τῷ
ματι τῆς ἁμαρτίας, τὸν
ν τῆς ἀνομίας πάσης
κακίας διδασκαλίας
αλεν εἰς αὐτόν. οὕ-
καὶ ὁ κύριος λυτρω-
ος αὐτὸν ἀπὸ τοῦ
ροῦ, καινὸν ἀπειργά-
· χρίσας τῷ ἑαυτοῦ
ματι, καὶ τὸν τῆς ζωῆς
, τὴν καινὴν τοῦ
ματος διδασκαλίαν
τὸν ἐνέχεεν· ὁ γὰρ
αλὼν τὴν φύσιν
ντε ἄρτων εἰς φύσιν
θους, καὶ φύσει ὄνου
ου οὖς φωνὴν, καὶ
πόρνην εἰς σωφρο-

vam mentem, nouam animam, nouos oculos, nouas aures, nouam linguam spiritualem, &, vt omnino dicam, nouos homines credentes ei vt efficeret, venit, seu nouos vtres, vngens eos suo ipsius lumine cognitionis, vt infunderet vinum nouum, quod est Spiritus eius. *Vinum enim*, ait, *nouum in vtres nouos mittendum.* *Matth. IX, 17.*

§. II. Quemadmodum enim hostis nactus hominem sibi subiugatum, eum nouum in sui gratiam effecit, vitiosisque affectionibus circumvolutum vnxit Spiritu peccati, ac vinum omnis iniquitatis & prauæ doctrinæ in eum immisit: sic quoque Dominus, cum redemisset eum ab hoste, nouum constituit: cumque vnxisset suo ipsius Spiritu, vinum quoque vitæ & nouam Spiritus doctrinam in eum infudit. Qui enim mutauit naturam quinque panum in naturam multitudinis; & naturæ asini ratione destitutæ vocem dedit, & meretricem ad temperanti-

am conuertit, & ignis, adurendi vi præditi, naturam ad irrigandos eos, qui erant in camino, idoneam reddidit, & naturam leonum agrestium ferarum propter Danielem mansuefecit; hic quoque potest animam desertam & agrestem a peccato effectam, conuertere in suam ipsius bonitatem, clementiam & pacem, Spiritu promissionis sancto & diuino.

§.III. Perinde enim ac pastor scabiosam ouem potest curare, & a lupis custodire; eodem modo verus pastor Christus veniens solus potuit curare & conuertere perditam & scabiosam ouem, hominem, a scabie & lepra peccati. Priores enim sacerdotes, Leuitæ atque magistri, non potuerunt sanare animam oblationibus munerum & sacrificiorum, atque adspersionibus sanguinis, cum nec seipsos potuerint curare; etenim ipsi quoque in-
Ebr.X, 4. firmitate erant amicti. *Non enim potest*, inquit, *san-*

σιων μεταστρέψα...
πυρὸς φύσιν ...
δροσίζειν τοὺς ἐν ...
μίνῳ παρασκευά...
φύσιν λεόντων ...
θηρίων τοῦ Δανι...
ρώσας, οὗτος δυν...
τὴν ψυχὴν τὴν ...
καὶ ἀγριωθεῖσαν ...
ἁμαρτίας μετα...
εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἀ...
τα, καὶ χρηστότη...
ρήνην τῷ πνεύμα...
ἐπαγγελίας τῷ ἁ...
ἀγαθῷ·

§. III. Ὁ γὰρ ...
ποιμὴν τὸ ψωρι...
βατον δύναται θ...
σαι, καὶ ἀπὸ λύ...
λάξαι· οὕτως ...
θινὸς ποιμὴν Χρ...
θὼν, μόνος ἠδυ...
ραπεῦσαι καὶ ἐπ...
τὸ ἀπολωλὸς κ...
πρόβατον, τὸν ἄ...
ἀπὸ τῆς ψώρας ...
πρας τῆς ἁμαρ...
γὰρ πρὶν ἱερεῖς κ...
καὶ διδάσκαλοι ...
δυνήθησαν θερ...
τὴν ψυχὴν τῶν ...
φοραῖς τῶν δώρων ...
σιῶν, καὶ ῥαντισ...
ματος, ὅπου γε ...
τοὺς ἠδυνήθησαν ...
πεῦσαι· καὶ γὰρ ...
σθενείᾳ περιέκει...
δύναται γὰρ φ...

ύρων καὶ τράγων
ἰν ἁμαρτίαν. ὁ δὲ
ἔλεγε, δεικνὺς
σθένειαν τῶν τότε
, πάντως ἐρεῖτε
παραβολὴν ταύ-
ἰατρὲ θεράπευσον
όν· ἀντὶ τοῦ, οὐκ εἰ-
ὡς ἐκεῖνοι, οἱ μή-
τοὺς δυνάμενοι θε-
σαι. ἐγώ εἰμι ὁ ἀ-
ς ἰατρὸς, καὶ κα-
οιμὴν, ὁ θεὶς τὴν
μου ὑπὲρ τῶν
των, ὁ δυνάμε-
εραπεύειν πᾶσαν
καὶ πᾶσαν μαλα-
υχῆς· ἐγώ εἰμι τὸ
ον πρόβατον, τὸ
προσενεχθὲν, καὶ
οἱ προσερχομένους
νος θεραπεῦσαι·
ἀληθινὴ ἴασις τῆς
ἀπὸ κυρίου μόνου
· ἰδοὺ γάρ φησιν,
ς τοῦ θεοῦ ὁ αἴρων
αρτίαν τοῦ κόσμου,
υχῆς δηλονότι πι-
σης αὐτῷ, καὶ ἀγα-
αὐτὸν ἐξ ὅλης καρ-

IV. Ὁ ποιμὴν τοί-
καλὸς τὸ ψωριῶν
τον θεραπεύει. πρό-
δὲ πρόβατον θερα-
οὐ δύναται. καὶ εἰ
απευθῇ τὸ λογικὸν
τον, ὁ ἄνθρωπος,

guis taurorum & hircorum auferre peccata. Dominus vero dixit, commonſtrans infirmitatem tum temporis medicorum: *Omnino dicetis mihi hanc ſimilitudinem, medice cura teipſum.* Pro eo: *Non ſum ego vt illi, qui nec ſeipſos poſſunt curare.* Ego ſum verus medicus, & bonus paſtor, qui pono animam meam pro ouibus, qui poſſum curare omnem morbum & omnem imbecillitatem animæ. Ego ſum immaculata ouis, quæ ſemel oblata eſt, &, qui accedunt ad me, eos poſſum curare. Vera enim ſanitas a Domino ſolo proficiſcitur. Ecce enim inquit: *Agnus Dei, qui tollit peccata mundi:* animæ nimirum credentis ei, & diligentis eum ex toto corde.

Luc. IV, 23.

Ioh. I, 29.

§. IV. Paſtor ergo bonus ſcabioſam ouem curat. Ouis autem ouem curare nequit. Et niſi curata fuerit rationalis ouis, homo ſcilicet, in eccleſiam Domini cœleſtem

εἰς ἐκκλησίαν κυρίου τὴν ἐπουράνιον εἰ

non ingreditur. Ad hunc enim modum in lege quoque dictum est sub vmbra & imagine. De leproso enim aut maculam habente hæc obscure loquens significat Spiri-
Leu. XXI, 18. tus: *Leprosus,* inquit, *& maculam habens, non ingredietur in ecclesiam Domini.* Verum præcepit leproso, vt abeat ad sacerdotem, & precibus multis adducat eum in domum tabernaculi sui, & imponat manus suas super lepram, locum nimirum notatum tactu lepræ, & curet. Eodem quoque modo Christus verus Pontifex futurorum bonorum ad leprosas animas, lepra peccati laborantes, inclinans, ingreditur tabernaculum corporis illarum, & curat ac sanat affectiones. Atque hoc pacto poterit anima ingredi in cœlestem ecclesiam sanctorum veri Israelis. Quæcunque enim anima, laborans lepra affectionum peccati, non accesserit ad verum Pontificem, & nunc curata fuerit, in ordinem sanctorum, in cœle-

...σίαν οὐκ εἰσέρ-
...αμ@ γάρ ἐστα
...ρὰ, ἀμώμους
...ρὰς ψυχὰς ζη-
...άριοι γὰρ φη-
...αθαροὶ τῇ καρ-
... αὐτοὶ τὸν Θεὸν

Δεῖ γὰρ τὴν ψυ-
...ἐν ἀληθείᾳ πι-
Χριστῷ, μετα-
καὶ ἀλλαγῆναι
...ῦ πονηρᾶς καλα-
...εὺς ἑτέραν κα-
...ἀγαθὴν, καὶ ἀπὸ
...ύσεως ταπεινῆς
...ν θείαν φύσιν, καὶ
...ντὴν ἀπεργα-
...ιὰ τῆς δυνάμεως
...νεύματ@. καὶ
...ύναται χρησιμεῦ-
τὴν ἐπουράνιον
...α. τυχεῖν δὲ τα-
...ἔσται πιστεύουσι,
πᾶσιν αὐτὸν ἐν
καὶ ἐν πάσαις
...ιαις αὐτοῦ ἐντο-
...ρεφομένοις. εἰ
τοῦ Ἐλισσαίου τὸ
...φον ξύλον ἐν
...σι βληθὲν ἀνή-
φύσει βαρὺ σι-
...όσῳ μᾶλλον ἐν-
...οστελεῖ ὁ κύριος
..., καὶ ἐλαφρὸν,
...ὸν, καὶ ἐπουράνιον
...υμα, καὶ δι' αὐτοῦ
...υθισμένην τοῖς

ſtem eccleſiam non ingreditur. Immaculata enim cum ſit & pura, incontaminatas & puras quærit animas. *Beati enim*, inquit, *mundi corde, quoniam ipſi Deum videbunt.* Matth. V, 8.

§. V. Oportet enim animam, quæ vere Chriſto credit, transferri ac mutari ab hoc prauo ſtatu in alium ſtatum bonum, & ab hac humili natura, in alteram diuinam naturam, eamque nouam effici virtute Spiritus ſancti; & hac ratione poterit idonea eſſe ad cœleſte regnum. Conſequi autem hæc noſtrum eſt, qui credimus & vere diligimus illum, & in omnibus ſanctis mandatis eius conuerſamur. Si enim tempore 2. Reg. Eliſæi, lignum, quod natura VI, 5. leue eſt, in aquam coniectum, extulit ferrum, quod natura graue eſt: quanto magis mittet huc Dominus leuem, ſubtilem, bonum & cœleſtem ſuum Spiritum, eiusque ope ſubmerſam aquis

nequitiæ animam extollet, & eleuabit atque euolare faciet ad ſublimia cœlorum, ac transmutabit & conuertet eam a natura ſua?

§. VI. Et quemadmodum in rebus conſpicuis, nemo poteſt per ſe tranſire & traiicere mare, niſi habeat leuem & tenuem nauiculam, ex ligno conſtructam, quæ ſola ſuper aquas incedere poteſt; demergitur enim & interit, ſi ambulet quis in mari: eodem modo nequit anima per ſeipſam tranſire, ſuperare aut traiicere acerbum mare peccati, & difficilem abyſſum prauorum ſpirituum caliginis affectionum, niſi ſubtilem, cœleſtem & volatilem Chriſti Spiritum ſuſceperit, ſuper omnem nequitiam ambulantem & incedentem, cuius ope, auxilio, recto & minus erroneo curſu ad cœleſtem portum quietis, ad ciuitatem regni poterit peruenire. Quemadmodum autem qui ſunt in naui, e mari non hauriunt nec bi-

bunt, nec ex eo vestimenta aut victum accipiunt; sed aliunde in nauem important: sic quoque animæ christianorum non ex hoc seculo, sed supernitus e cœlo cibum cœlestem & indumenta spiritualia accipiunt: atque inde viuentes, in naui boni & viuifici Spiritus ambulant, & transgrediuntur aduersarias principum & potestatum prauas facultates. Et quemadmodum ex vnica natura ligni omnes naues construuntur, quarum beneficio homines amarum possunt transmeare mare: sic ex vnica diuinitate lucis cœlestis diuersorum gratiæ donorum vnius Spiritus, omnes christianorum animæ corroboratæ, vniuersam superuolant nequitiam.

§. VII. Verum cum nauis & gubernatore indigeat, & temperato & amœno vento, ad feliciter nauigandum; hæc omnia est ipse Dominus in anima fideli degens, & perferre eam faciens molestas

tempestates, & feroces malitiæ fluctus, atque impetus violentorum peccati ventorum; & quidem fortiter, ferventer ac ſcite, vt ipſe nouit, diſſoluto eorum æſtu. Absque cœleſti enim gubernatore, Christo, non poteſt quispiam traiicere peruerſum mare poteſtatum tenebrarum, ac moleſtarum tentationum afflatus. *Pſalm. CVII, 26.* *Aſcendunt enim*, inquit, *vsque ad cælos, & deſcendunt vsque ad abyſſos.* Omnem porro gubernandi ſcientiam, item bellorum ac tentationum nouit, ſuper feroces fluctus incedens. *Ebr. II, 18.* *Ipſe enim*, inquit, *tentatus, poteſt iis, qui tentantur, ſuccurrere.*

§. IIX. Oportet ergo conuerti ac transmutari animas noſtras a præſenti ſtatu in alterum ſtatum, & diuinam naturam; & fieri nouos e veteribus, hoc eſt, bonos, benignos ac fideles, ex acerbis & infidelibus; & ſic idoneos cœleſti regno fieri & conſtitui. Beatus enim Paulus

χειμῶνας, καὶ
τ πονηρίας κυ
τὰς καταιγίδα
ων τ ἁμαρτίας
δυνατῶς καὶ ἐμ
ἐπισταμένως,
ἐπίσταται, δια
κλύδωνα αὐτῶν
τοῦ ἐπουρανίου κ
Χριστοῦ, ἀδύνατ
ῥελθεῖν τὴν πον
λασσαν τ δυνα
σκότους, καὶ τ π
ρασμῶν τὰ κατα
τα ἀναβαίνουσι
ρανῶν, ἕως τ ἀβυσ
ταβαίνουσιν ἕως
σαν πᾶσαν δὲ
τικὴν ἐπιστήμην
μων, καὶ πειρασ
ταται ὑπεράνω
ων κυμάτων
αὐτὸς γάρ φησι
θεὶς δύναται
μένοις βοηθῆσαι
§ IIX. Δεῖ τ
λαγῆναι καὶ μετα
τὰς ψυχὰς ἡμ
νοῦ καταστάσεως
ραν κατάστασιν,
θείαν, καὶ γενέσθαι
ἐκ παλαιῶν, τ
γαθοὺς καὶ χρηστ
στοὺς, ἐκ πικρῶν κ
καὶ οὕτω χρησίμ
νους εἰς τὴν ἐπουρ
σιλείαν ἀποκαθί
γάρ ὁ μακάριος

τῆς μεταβολῆς αὐτοῦ
λήψεως, ἧς κα-
θη ὑπὸ κυρίου,
ταῦτα· διώκω δὲ,
λάβω, ἐφ' ᾧ καὶ
φθην, ὑπὸ Χρι-
ως τί ἄρα κατα-
ται ὑπὸ τοῦ θεοῦ;
γὰρ ἐὰν αἰχμαλω-
ικὰ τύραννος ἁρ-
ς ἀπάγῃ, εἶτα κα-
φθῇ ὑπὸ τοῦ ἀληθι-
σιλέως· οὕτω καὶ
ος, ὅτε ὑπὸ τοῦ τυ-
οῦ πνεύματος τῆς
τίας ἐνηργεῖτο, τὴν
σίαν ἐδίωκε, καὶ
ευεν. ἀλλ' ἐπεὶ μὴ
θεοῦ κατὰ ἄγνοιαν ἐ-
, ὡς ὑπὲρ ἀληθείας
ιζόμενος, οὐ παρω-
, ἀλλὰ κατέλαβεν
ὁ κύριος, περι-
ας ἀρρήτως ὁ ἐπου-
ος καὶ ἀληθινὸς βα-
ς, φωνῆς τῆς αὐτῷ
ἀξιώσας, καὶ ῥα-
ς ὡς δοῦλον ἠλευθέ-
. ἴδε δεσπότου ἀγα-
τα καὶ μεταβολήν,
δύναται μεταβα-
ψυχὰς τὰς τῇ κα-
συμπλακείσας, καὶ
ας ἀποκαταστάσας,
πῇ ὥρας εἰς τὴν
οῦ ἀγαθότητα, καὶ
μετενεγκεῖν·

de conuerſione & aſſumtione ſua, qua comprehenſus eſt a Domino, ſcribit hæc: *ſed ſector, ſi etiam apprehendam, quatenus & apprehenſus ſum a Christo.* Phil. III, 12. Quo igitur pacto comprehenditur a Deo? Quemadmodum enim ſi captiuos quosdam, quos rapuerat, tyrannus abducat, deinceps ipſe comprehendatur a vero rege; ita quoque Paulus, cum a tyrannico ſpiritu peccati torqueretur, eccleſiam perſequebatur & deuaſtabat: verum cum non odio Dei, ſed per ignorantiam hoc ageret, tanquam pro veritate dimicans, non eſt neglectus; ſed apprehendit eum arcanoque ſplendore circumfudit Dominus, cœleſtis & verus rex, eumque voce ſua dignatus in faciem percuſſit, atque vt ſeruum liberauit. Vide Domini bonitatem & conuerſionem, quo pacto poſſit mutare animas vitio adglutinatas, & feroces effectas, atque momento horæ in ſuam ipſius bonitatem & pacem traducere!

2. Petr. 1, 4.

ac faciat eas, vt scriptum e
diuinæ consortes naturæ ,
conferat in animam nostra
cœlestem animam , hoc e
Spiritum diuinum, deduce
tem nos in omnem virtute
vt vitam æternam viuere po
simus. Oportet ergo ex to
to corde nos credere inena
rabilibus eius promissioni
bus, quia verax est, qui pro
misit. Quapropter decet di
ligere Dominum, atque con
tendere omnino in omnibu
virtutibus , & assidue peter
absque omni intermissione
vt consequamur promissio
nem Spiritus eius integre a
perfecte , quo viuificentur a
nimæ nostræ , quippe qui ad

ωνὸς θείας φύσε-
ται, ἀνακραθεῖσα
ι, δι' ἧς πᾶσαν
ἀμώμως, καὶ κα-
πιτελεῖν δυνήσε-
ἀποίητός ἐστιν εἰς
τιλείαν τῶν οὐρανῶν·
γὰρ τις ἐντεῦθεν
ἐκτήσατο, τοῦτο
ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ
ντου ζωὴ διὰ τοῦ
, καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁ-
ύματος, εἰς τοὺς
ἀμήν.

& particeps diuinæ naturæ facta fuerit, permixta gratiæ, cuius beneficio omne mandatum absque reprehensione & pure perficere poterit, non est apta ad regnum cœlorum. Quicquid enim boni quis iam hinc obtinuerit, hoc ipsum in illa die erit eius vita, per Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum in secula. Amen.

ΙΛΙΑ με΄.

α τέχνη, οὐ πλοῦ-
υ τοῦ κόσμου, εἰ μὴ
τοῦ Χριστοῦ ἐπιφά-
ραπεῦσαι τὸν ἄν-
δυνάται, οὗ μεγί-
ς τὸν Θεὸν συγ-
αὕτη ἡ ὁμιλία
οφαίνεται.

§. 1.

Τὸν μονήρη βίον
ἐπιλεξάμενος,
πάντα τὰ ἐν τῷ
τούτῳ στρεφόμενα
α, ἀλλότρια ἑαυ-
να ἡγεῖσθαι ὀφεί-
ὁ ἐξ ἀληθείας με-
ων τὸν σταυρὸν
του πάντα ἀρνη-
ς, ἔτι δὲ τὴν ἑαυτοῦ
προσηλωμένον τὸν

HOMILIA XLV.

Nulla ars aut diuitiæ huius mundi, sed solus Christi aduentus sanare hominem potest, cuius maximam cum Deo cognationem hæc homilia explicat.

§. I.

QVi solitariam vitam elegit, vniuersa, quæ in hoc seculo versantur, a se aliena atque peregrina existimare debet. Qui enim vere prosequitur crucem Christi, omnibus abnegatis, vel sua ipsius anima, fixam mentem in amorem Christi habere debet; anteponens videlicet

τὴν ἀγάπην τοῦ Χριστοῦ ἔχειν ὀφείλει· προτιμῶν δηλαδὴ τὸν

§.IX. Omnia
Deum
latro
to hc
est,
tus
nu
v

2. Petr. I, 4.

... sit patrem, aut matrem, aut fratres, aut uxorem, aut liberos, aut agros, & me sequitur, non est me dignus. In nullo enim alio inuenitur salus hominum & requies, vt audiuimus. Quot enim reges emicuerunt e genere Adæ, qui nacti dominium vniuersæ terræ, altos sibi sumebant spiritus propter regiam potentiam? horum tamen nullus ex hac rerum copia potuit cognoscere, malitiam e transgressione primi hominis ingredientem in animam, & obtenebrantem eam, ne agnosceret mutationem, quod nempe mens pura prius, viderit Dominum suum, in dignitate constituta; nunc vero induta sit propter lapsum pudore, excæcatis oculis cordis, ne conspiciant gloriam illam, quam spectabat ante inobedientiam pater noster Adam.

... συγγενῶν, ἀδελφῶν, ... γυναικός, τέκνων, συγγενείας, φίλων, ὑπαρχόντων· τοῦτο γὰρ ὁ κύριος ἀπεφήνατο εἰπών, πᾶς ὅστις οὐκ ἀφῆκε πατέρα, ἢ μητέρα, ἢ ἀδελφούς, ἢ γυναῖκα, ἢ τέκνα, ἢ ἀγρούς, καὶ οὐκ ἀκολουθεῖ μοι, οὐκ ἔστι μου ἄξιος. ἐν οὐδενὶ γὰρ ἑτέρῳ εὑρίσκεται σωτηρία τοῖς ἀνθρώποις καὶ ἀνάπαυσις, ὡς ἠκούσαμεν· πόσοι γὰρ βασιλεῖς ἀνεφάνησαν ἐκ τοῦ γένους Ἀδάμ, κρατοῦντες πάσης τῆς γῆς, μέγα φρονοῦντες ἐπὶ τῇ βασιλικῇ δυναστείᾳ· καὶ τούτων οὐδεὶς διὰ τῆς τοιαύτης ἱκανότητος ἴσχυσε γνωρίσαι τὴν ἐκ τῆς παραβάσεως τοῦ πρώτου ἀνθρώπου εἰσελθοῦσαν τῇ ψυχῇ κακίαν, καὶ σκοτίσασαν αὐτήν, πρὸς τὸ μὴ ἐπιγνῶναι τὴν μεταβολήν, ὅτι πρῶτον καθαρεύων ὁ νοῦς ἑώρα τὸν δεσπότην αὐτοῦ ἐν ἀξιώματι ὤν, νῦν δὲ ἐνδέδυται διὰ τὴν ἔκπτωσιν αἰσχύνην, τυφλωθέντων τῶν ὀφθαλμῶν τῆς καρδίας τοῦ μὴ βλέπειν ἐκείνην τὴν δόξαν, ἣν ἔβλεπε πρὸ τῆς παρακοῆς ὁ πατὴρ ἡμῶν Ἀδάμ.

§. II.

I. Ἐγένοντο δὲ καὶ
οι σοφοὶ κατὰ
ν' ὧν, οἱ μὲν, διὰ
φίας ἀρετὴν ἐπε-
ο· οἱ δὲ τὴν σοφι-
ἐξασκήσαντες ἐ-
ράθησαν· ἄλλοι
ητορικὴν ἐπεδεί-
δεινότητα· ἄλλοι
ατικοὶ καὶ ποιηταὶ
νοι, τὰς κατὰ συν-
τορίας ἔγραψαν.
ιδὲ καὶ τεχνῖται
οι γεγόνασι τὰς
ν κόσμον ἐξασκή-
τέχνας· ὧν, οἱ μὲν,
ς ξύλοις τορνεύ-
γένη ὀρνέων, καὶ
, καὶ εἰκόνας ἀν-
, ἐν ἐκείνοις τὴν
ἀρετὴν ἐπιδεῖ-
ύδασαν· ἄλλοι δὲ
αλκῷ ὁμοιώματα
των, καὶ ἄλλων
εχείρησαν κατα-
αι· ἄλλοι οἰκοδο-
γίστας καὶ περικαλ-
τισαν· ἕτεροι δὲ
ορύσσοντες, ἀνα-
τὸν φθειρόμενον
ν καὶ χρυσόν· ἄλλοι
τιμίας· ἄλλοι δὲ
ωμάτων ἔχοντες,
ὑραιότητι τοῦ προσ-
παιρόμενοι, μᾶλ-
λεκάσθησαν ὑπὸ τοῦ
, καὶ εἰς ἁμαρτίαν

§. II. Ceterum ſapientes in mundo fuere diuerſimodi, quorum nonnulli philoſophiæ beneficio virtutem oſtendebant: alii vero, ob ſophiſtices exercitium admirationi ſunt habiti: alii rhetoricam docebant grauitatem: alii grammatici & poetæ facti pro inſtituto ſcribebant hiſtorias. Porro fuerunt quoque varii artifices, qui, quæ ſunt in mundo, artes exercuerunt. Quorum nonnulli quidem in lignis tornantes genera auium & piſcium, & imagines hominum, in illis ſuam induſtriam commonſtrare contenderunt: nonnulli vero in ære ſimilitudines ſtatuarum aliorumque quorundam ſculpere conati ſunt: alii ædificia ingentia ac ſplendida fabricauerunt: alii terram fodientes referunt, quod corrumpitur, aurum & argentum: alii lapides pretioſos: alii vero corporis elegantia præditi, cum ob venuſtatem vultus ſui extollerentur, magis illecti ſunt a ſatana, atque in peccatum

lapsi. Et hi omnes prædicti artifices detenti ab intus habitante serpente; & non cognoscentes secum habitare peccatum, captiui ac serui peruersæ potestatis facti sunt, nihil adiuti a scientia & arte sua.

§. III. Similis est ergo mundus, omni varietate plenus, homini diuiti possidenti domos splendidas & magnas, aurum & argentum, ac possessiones varias, omneque ministerium inuidendum: verum cum grauiter morbis atq; afflictionibus distineretur, adstiterunt ei cuncti cognati cum omnibus opibus non valentes eum ex infirmitate expedire. Nulla ergo diligentia eorum, qui sunt in seculo, non fratres, non diuitiæ, non fortitudo, nec alia, quæ prædicta sunt, demersam a peccato animam, & quæ pure prospicere nequit, eripiunt e peccato; sed sola Christi apparitio expurgare potest animam & corpus. Ab omni igitur huius vitæ cura li-

ἔπεσον. καὶ οὗτοι πάντες οἱ προῤῥηθέντες τεχνῖται, κατεχόμενοι ὑπὸ τοῦ ἔνδον οἰκοῦντος ὄφεως, καὶ μὴ γνόντες τὴν σύνοικον αὐτοῖς ἁμαρτίαν, αἰχμάλωτοι καὶ δοῦλοι τῆς πονηρᾶς δυνάμεως γεγόνασι, μηδὲν ὠφεληθέντες ἀπὸ τῆς ἐπιστήμης καὶ τέχνης αὐτῶν.

§. III. Ἔοικεν οὖν ὁ κόσμος, ὁ πάσης ποικιλίας πεπληρωμένος, ἀνθρώπῳ πλουσίῳ κεκτημένῳ οἴκους λαμπροὺς καὶ μεγάλους, χρυσόν τε καὶ ἄργυρον, καὶ κτήσεις διαφόρους, καὶ πᾶσαν ὑπηρεσίαν ἄφθονον· ἀθρόως δὲ συσχεθέντι νόσοις καὶ πάθεσι, πᾶσα παρέστηκεν ἡ συγγένεια, μετὰ παντὸς τοῦ πλούτου, μὴ δυναμένη αὐτὸν ἐξελέσθαι τῆς ἀσθενείας. οὐδεμία τοίνυν σπουδὴ τῶν κατὰ τὸν βίον, οὐκ ἀδελφοί, οὐ πλοῦτος, οὐκ ἀνδρεία, οὔτ᾽ ἄλλα, ὅσα προείρηται, τὴν βεβαπτισμένην ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας ψυχήν, καὶ καθαρῶς διαβλέψαι μὴ δυναμένην, ἐξαιρεῖται τῆς ἁμαρτίας, εἰ μὴ μόνη ἡ τοῦ Χριστοῦ ἐπιφάνεια καθαρίσαι δύναται ψυχὴν καὶ σώματος. οὖν ἀπαλλαγέντες τῆς κατὰ τὸν βίον με-

ρίμνης

ρίμνης, σχολάσωμεν τῷ κυρίῳ, βοῶντες πρὸς αὐτὸν νυκτὸς καὶ ἡμέρας· ὁ γὰρ φαινόμενος οὗτος κόσμος καὶ ἡ ἐν αὐτῷ ἀνάπαυσις, ὅσῳ τὸ σῶμα δοκοῦσι θάλπειν, τοσοῦτον τῆς ψυχῆς τὰ πάθη παροξύνουσι, καὶ αὔξουσιν αὐτῆς τὴν κάκωσιν.

§. IV. Ἀνὴρ δέ τις φρόνιμος ἐπιθυμήσας ἐπιμέλειαν ποιήσασθαι τῆς σπουδῆς, ἐσπούδασεν ἀποπειραθῆναι πάντων τῶν κυλιομένων ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ὅπως εὑρεῖν ὠφέλειαν δυνηθῇ· προσῆλθε βασιλεῦσι, δυνάσταις, ἄρχουσι, καὶ οὐχ εὗρεν φάρμακα σωτηριῶδες ἐκεῖθεν τῇ ψυχῇ προσενέγκαι· καὶ τούτοις ἐπιπολὺ συνδιατρίψας, οὐδὲν ὤνησεν. ἀπῆλθεν αὖθις πρὸς τοὺς σοφοὺς τοῦ κόσμου καὶ ῥήτορας· τῷ αὐτῷ τρόπῳ κατέλιπε κἀκείνους, μηδὲν κέρδος ἐπενεγκάμενος. διῆλθε διὰ τῶν ζωγράφων, καὶ τῶν τὸν χρυσὸν καὶ ἄργυρον ἀπὸ γῆς ἀναφερόντων, διὰ πάντων τε τῶν τεχνιτῶν, καὶ οὐδεμίαν θεραπείαν ἴσχυσε τοῖς ἰδίοις ἐφευρεῖν τραύμασι. τέλος ἀναχωρήσας τούτων, ἐπεζήτει

berati, vacemus Domino, clamantes ad eum noctu diuque. Mundus enim hic conspicuus, & quæ est in eo requies, quanto magis corpus videntur fouere, tanto vehementius animæ affectiones irritant, atque augent eius afflictionem.

§. IV. Quidam vero vir prudens, cum desideraret curam gerere sui studii, contendit experiri omnia, quæ voluuntur in hoc mundo, si forte emolumenti quid invenire possit. Accessit ad reges, potentes & principes, nec inuenit medelam salutarem, quam inde animæ adferret: & cum his diu conversatus, nihil emolumenti percepit. Abiit denuo ad sapientes mundi & oratores, quos eodem quoque modo reliquit, nullum lucrum referens: transiit per pictores, & eos, qui aurum & argentum e terra referunt, atque per omnes artifices, nec vllam curationem potuit suis inuenire vulneribus. Tandem recedens ab his, inquirebat

ſibi Deum, qui ſanat affectiones & morbos animæ; cum vero ſeipſum conſideraret, & hæc meditaretur, deprehenſa eſt mens eius, a quibus rebus antea occupata palam receſſerat, easdem odiſſe.

§. V. Quemadmodum vero mulier quædam in mundo locuples, vel amplas diuitias ac domum magnificam poſſidens, deſtituitur auxilio & patrocinio; & qui in eam inſurgunt vt eam lædant, & ædificia deuaſtent, non ſunt pauci; illa non ferens iniuriam obambulat, quærens virum potentem, idoneum, & in omnibus eruditum; & vbi poſt multos labores exantlatos nacta fuerit eiusmodi virum, exultat propter eum, & habet eum pro muro valido: eodem modo anima poſt transgreſſionem vehementer ab aduerſaria poteſtate afflicta, & in magnam ſolitudinem illapſa, & vidua & deſerta a cœleſti ſponſa propter transgreſſionem peccati derelicta, ac ludibrio omnibus aduerſariis poteſtatibus

ἑαυτῷ Θεὸν ἰώμενον τὰ πάθη καὶ τὰς νόσους τῆς ψυχῆς, ὡς δὲ ἐπεσκέπτετο ἑαυτὸν, καὶ ταῦτα διελογίζετο, εὑρέθη ὁ νοῦς αὐτοῦ ἐν ἐκείνοις βδελυσσόμενος τοῖς πράγμασιν, οἷς φανερῶς ἀνεχώρησεν, μισήσας αὐτά.

§.V. Ὥσπερ δὲ γυνή τις ἐν κόσμῳ πλουσία, καὶ χρήματα πολλὰ καὶ οἶκον λαμπρὸν ἔχουσα, λείπεται προστασίας· καὶ οἱ ἐπερχόμενοι ἐπὶ τὸ θλίψαι αὐτὴν, καὶ τὰς οἰκήσεις ἐρημῶσαι, πολλοί· κἀκείνη μὴ φέρουσα τὴν ὕβριν, περιέρχεται ζητοῦσα ἄνδρα δυνατὸν, ἱκανόν τε καὶ πεπαιδευμένον ἐν πᾶσι· καὶ ὅταν πολλὰ ἀγωνισαμένη λάβῃ τοιοῦτον ἄνδρα, ἀγαλλιᾶται ἐπ' αὐτῷ, καὶ ἔχει αὐτὸν ἀντὶ τείχους ἰσχυροῦ· τὸν αὐτὸν τρόπον ἡ ψυχὴ μετὰ τὴν παράβασιν, ἐπιπολὺ θλιβεῖσα ὑπὸ τῆς ἐναντίας δυνάμεως, καὶ εἰς μεγάλην ἐρημίαν ἐμπεσοῦσα, καὶ χήρα, καὶ μεμονωμένη ἀπὸ τοῦ ἐπουρανίου ἀνδρὸς διὰ τὴν παράβασιν τῆς ἐντολῆς καταλειφθεῖσα καὶ παίγνιον πάσαις ταῖς ἀντικειμέναις δυνάμεσι

γενο-

γενομένην· ἐξέστησαν γὰρ αὐτὴν τῶν ἰδίων φρενῶν, θαμβήσαντες ἀπὸ τῆς οὐρανίου διανοίας, ὥστε μὴ ὁρᾶν τὰ ὑπ' αὐτῶν εἰς αὐτὴν γινόμενα, ἀλλὰ νομίζειν, ὅτι οὕτως ἐξ ἀρχῆς γεγένηται· εἶτα δὲ ἀκοῆς μαθοῦσα τὴν μόνωσιν αὐτῆς καὶ ἐρημίας στενάξασα ἐνώπιον τῆς φιλανθρωπίας τοῦ Θεοῦ, εὗρε ζωὴν καὶ σωτηρίαν. διὰ τί; ἐπειδὴ ἀνῆλθεν εἰς τὴν συγγένειαν αὐτῆς· οὐδεμία γὰρ ἄλλη τις οἰκείωσίς ἐστι καὶ ὠφέλεια τοιαύτη, εἰ μὴ ψυχῆς πρὸς Θεόν, καὶ Θεοῦ πρὸς αὐτήν. ἐποίησε γὰρ ὁ Θεὸς ὀρνέων γένη διάφορα. τὰ μὲν ὥστε φωλεύειν ἐν τῇ γῇ, κἀκεῖθεν ἔχειν τὴν διατροφὴν καὶ τὴν ἀνάπαυσιν· τὰ δὲ ᾠκονόμησεν ὑπὸ τὰ ὕδατα φωλεύειν, κἀκεῖθεν ἔχειν τὴν ζωήν· ἐδημιούργησε καὶ δύο κόσμους, τὸν μὲν ἄνω, τοῖς λειτουργικοῖς πνεύμασι, καὶ τὴν πολιτείαν ἔχειν ἐκεῖ διετάξατο· τὸν δὲ κάτω, τοῖς ἀνθρώποις ὑπὸ τὸν ἀέρα τοῦτον· ἔκτισε δὲ καὶ οὐρανόν, καὶ γῆν, ἥλιον, καὶ σελήνην, ὕδατα, δέν-

exposita; (euerterunt enim illam a sua mente, atque deturbarunt ab intellectu cœlesti, ne conspiciat, quæ ab illis in eam committuntur, sed putet sic ab initio contigisse;) postmodum vbi ex auditu percepit solitudinem suam, deplorata desolatione sua in conspectu humanissimi Dei, inuenit vitam & salutem. Quapropter? quia reuersa est ad cognationem suam. Nulla enim est talis familiaritas atque opitulatio, ac est animæ erga Deum, & Dei erga animam. Condidit enim Deus auium genera diuersa: quasdam vt nidos componant in terra, & in ea habeant pastum ac requiem: quasdam vero ordinauit, vt sub aquis nidificent, indeque vitam habeant: fabricauit quoque duplicem mundum; vnum superiorem, administratoriis spiritibus, vt illic conuersentur, constituit; alterum inferiorem hominibus sub hoc aere. Creauit quoque cœlum & terram, solem ac lunam, aquas, arbores fructiferas, &

variorum animalium genera: in nullo tamen horum requieſcit Deus. Vniuerſa creatura ſub eius eſt imperio; nec tamen conſtruxit in eis thronum, neque ſocietatem init, niſi in homine ſolo complacitum ei eſt, ac ſocietatem cum eo contraxit, & in eo requieſcit. Videsne hic cognationem Dei cum homine, & hominis cum Deo? Sagax ergo & prudens anima, pertranſiens cunctas creaturas, non inuenit requiem ſibiipſi, niſi ſolum in Domino: nec Domino in vllo complacitum eſt, niſi ſolum in homine.

